

VITA S. WILFRIDI EBORACENSIS EPISCOPI AUCTORE EADMERO.

(MABILL., *Acta sanctorum ord. S. Bened.*, tom. III, parte 1, pag. 170)

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

A. Plures Wilfridum, eo nomine primum Eboracen- sem episcopum scriptis suis celebriavere auctores. In primis Beda Venerabilis res ab eo gestas describit in variis Historiæ suæ locis, maxime in lib. III cap. 25, et lib. V cap. 20. Bedæ æqualis accedit Eddi seu Heddius, cognomento Stephanus, qui librum *De Vita sancti Wilfridi* composuisse seitur apud Joannem Pitseum aliosque recentiores. Is fuit invitatus de Cantia a reverendissimo viro Wilfrido, ut primus post Jacobum cantandi magister Northumbrorum Ecclesias esset, teste Beda in Historiæ lib. IV cap. 2; qua ex consuetudine Wilfridi gesta certo rescriue posse. Post Heddium occurrunt Fidegodus, cui Odo Cantuariensis episcopus Vitam ejusdem sancti herosco- metio texere præcepit. Legebat Willermus Malmes- buiæ monachus eam Fidegodi scriptionem, de qua hoc proferit judicium in lib. I de Pontificibus Can- tuariensis: Exsecutus est id munus Fidegodus quidam versibus non improbandis: nisi quod latini- tatem perosus, græcitatem amat.

Græcula verba frequentat, ut merito dictis ejus apletur illud Plautinum:

Hæc quidem præter Sibyllam leget nemo.

Huic lucubrationi manum admovit Fidegodus statim post Wilfridi reliquiarum translationem in Ecclesiam Cantuariensem. Ipse etiam Odo, qui Ecclesiam Cantua- riensi præfuit ab anno 954 in annos quatuor et vi- ginti, Wilfridi gesta descriptisse perhibetur ab Eadmero. Eadmerus vero seu Edmerus monachus, An- selmo Cantuariensi pontifici a secretis, id postea præ- sedit anno 1121. Sic enim præfixa habet inscriptio codicis manu exarati bibliothecæ Cottonianæ: Vita sancti Wilfridi archiepiscopi per Eadmerum Canti- uariensem anno MCXXI. Res ab se descriptas in exordio et in fine approbat auctoritate venerabilium virorum Odonis archiepiscopi et Bedæ presbyteri, nulla Hed- di aut Fidegodi mentione facta, tametsi Fidegodi ipsissima verba non raro usurpat. Unde suspicio in- jicitur num Fidegodi fetum Odoni, qui horitor operis fuit, supponat. Sed tamen ex prologo ipsius Odonis, quem Eadmerus in fine Vitæ ab se compositæ cutat, aliam Odonis a Fidegodi lucubratione fuisse conjectura est. Eadmeri fragmentum de translatione corporis sancti Wilfridi recitat Gervasius Doroberen- sis monachus in libro *De combustione et reparatione*

A Dorobernensis Ecclesiæ; quod fragmentum ex aliis Eadmeri operis desumptum est. Eadmeri æqualis fuit Willermus Malmesburiæ monachus, qui itidem facta sancti Wilfridi recitat in libro secundo *De pontificibus Anglorum*, ubi de episcopis Ebo- racensibus. Post eos omnes Petrus Blesensis, an- chidiaconus Bathoniensis, librum *De Vita sancti Wilfridi* composuit, eumque Galfrido Eboracensi ar- chiepisco deducit, ut legitur in *Monastico Angli- cano*, pag. 172, ubi fragmentum ex eodem Petro adducitur. His omnibus annumerandi sunt Anglorum scriptores, in his Thomas Stubbessius in libro *De epi- scopis Eboracensibus*, quorum catalogus vetustus existat apud Labbeum in tomo I *Bibliothecæ novæ*, pag. 522. Ex predictis auctoribus obvii quibusque sunt Beda et Willermus. Hic duos exhibemus hacte- nus ineditos, Fidegodium * extrema quidem parte mu- tulum; et Eadmerum, cuius lucubrationem ex Anglia accepimus beneficio vii spectatissimi D. Josephi Williamsonis, regi ab intimis secretis. Heddum diu exspectatum, si sois contingat, ut ope amicorum recuperemus, dabimus, Deo dante, in Appendice nujus saeculi, aut alterius insequentis, cum Fidegodi car- minum reliquiis.

C 2. Wilfridi diem natalem exprimitum tum *Martyrologia recentiora*, tum vulgata Bedæ historia iv Idus Octobris, tametsi hac verba intusa sunt in textum Bedæ, quæ apud Abrahahum Whelocum intra pa- renthesim conclusa, desunt in exemplari nostro Ge- manensi, uti et in Aluredi versione Saxonica. Dies certe prædictus est translationis, quo teste Eadmero corpus sancti Wilfridi decentri loco repositus a Lan- franco est. At quo tandem die vir sanctus ad superos migravit, silent Vitæ scriptores omnes, unus inter retristos fastorum sacerdotum conditores designat diem vii Kal. Maii, is nempe qui nomine Bedæ vulgatus est metri *Martyrologiæ* auctor in tomo X *Spicilegi*, his versibus

Egbertus, digna virtutum laude coruscus,
Astrigerum octavis veneranter scandit olympum.
Quoque die præsul penetravit Wilfridus alma,
Angelico vectus cœtu trans sidera cœli.

Celebrior tamen videtur fuisse solemnitas transla-
tionis iv Idus Octobr., ut patet ex titulo quem Eadme-
rus vost *martyrologium Vitæ præposuit.*

* Vide Patrologiæ tom. CXXXIII, in FIDEGODO.

5. Monachi vitam ab anno aetatis quanto decimo A nodo Streaneshalensi, tametsi Beda in lib. iii cap. 26 cegit Wilfridus, et regulam sancti Benedicti minifice propagavit. Quo vero in loco monasticum suscepit habitum, non ita liquet. Et primo quidem annos natus quatuordecim apud Lindisfarrenses monachos diligenter ea quae monasticae castitatis ac pietatis erant, et discere curabat, et agere, inquit Beda in lib. v cap. 19, et necdum quidem attensus, verum eis qui tonsura maiores sunt virtutibus, humilitatis et obedientiae, non mediocriter insignitus. In quo monasterio cum aliquot annos Deo serviret, animadvertisit minime perfectam esse virtutis viam, quae tradebatur a Scotis: propositusque animo venire Romam, et qui ad sedem apostolicam ritus ecclesiastici sive monasteriales servarentur, videbant. Illic perfectam virtutae monasticae, hoc est Benedictinæ, adeptus nominam, reveritus Lugdunum a Dalfino seu Annemundo loci episcopo tonsus est. Postea Alchfridus, Oswiu Northumbriorum regis filius Wilfridum in Britanniam regressum, virum, ait Beda, doctissimum, magistrum habuit eruditio Christianæ. Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure preferendam sciebat: unde ei etiam donaverat monasterium quadraginta familiarum in loco qui dicitur in HRipum. Hac Beda in lib. iii cap. 25, ubi Wilfridum abbatem consequenter appellat, ut proxime monastica insignia eo in monasterio suscepisse dicendus sit; paulo post ab Agilberto Gallo, occidentalem Saxonum episcopo, in praefato suo monasterio, presbyter factus rogatu Alchfridi. Scotis in synodo Streaneshalensi consultatis, in monasterium Lindisfarrense, ubi Scotti monachi degebant, monachos nostros induxit. Unde ipse apud Willelmum gloriatur, quod primus in Northumbria et verum Pascha, Scottis ejectis, docuerit, et sanctissimi Benedicti Regulam a monachis observari jussit. Complua edificauit cœnobia, HRipense, Hagustaldense, in suo ipsius episcopatu; alia in Cantuariensi; Selesiense apud austiales Anglos, et alia in regno Merciorum. Huc spectant epitaphii ejus hi versus:

Inque locis istis monachorum examina crebia
Colligit, ac monitis cavit quæ regula Patrum,
Sedulus instituit.

Quo in loco regula sancti Benedicti, quam Wilfridus tum in Britannia, tum Romæ didicit et excoluit, Regula Patrum appellatus, uti et diserte apud Ambrosium Autperitum in libro De vita sancti Paldonis abbatis et successorum.

4. Ad seriem gestorum Wilfridi quod attinet, natus est anno 634 aut insequentibus, siquidem obiit anno 709, annos natus septuaginta quinque. Adolescentis annorum quatuordecim Lindisfarrense monasterium petuit, ibi aliquot annos moratus. Inde Romam petuit anno circa 653, paulo ante aut certe paulo post mortem Honori Cantuariensis episcopi, quam eo anno reponit Beda in lib. iii cap. 20. Annis fere quatuor tum in Lugduni mora, tum Romæ exactis, reveritus in Britanniam, HRipense monasterium edificat et abbatis nomine administrat. Anno prope 660 Colmannum, Scotorum antesignanum, refutat in sy-

ignal annum 664. Verum Beda non satis sibi constat dum eo loci scribit Agilbertum episcopum Gallum huic synodo interfuisse, ejusque jussu Wilfridum adhuc presbyterum Colmanno restituisse; et tamen Wilfridum episcopum ordinatum esse anno ipso 664 Compendii in Gallia, ex cap. 28, ab Agilberto jam Parisiorum episcopo, qui finita ac soluta concione domum, id est in proprium episcopatum, quem apud occidentales Saones obtinebat, seduisse dicitur cap. 26. Certe in Epitome Saxonica, Bedæ Historie subjecta, Agilbertus anno 660 abiisse a Kenwalchio, et Parisiorum episcopatum in Gallis ad Sequanam flumen suscepisse perhibetur. Wilfridus, anno 664 ordinatus episcopus Eboracensis, cum ex Gallia reversus didicisset Ceaddam Ecclesiae sua consecratum episcopum, secessit in HRipense monasterium. Dein a Wulfario Merciorum rege accitus, postea venit in Cantiam, abique presbyteros et diaconos ordinavit, usquedum Theodorus adveniret, ex Bedæ lib. iii, cap. 28, et lib. iv, cap. 2, a quo Ceadda Eboraco pulsus, et Wilfridus in sede sua institutus. Anno 670 Oswius rex Northumbriorum cum Romam ire vellet, Wilfridum itineris ducem sibi fieri rogaverat; sed re infecta moritur, apud Bedam in lib. iv, cap. 5. Anno 675 Wilfridus concilio Heorutfordensi, Theodoro presidente, per proprios legatos adfuisse memoratur: ibidem. Anno 677 orta inter ipsum et Egfridum regem dissensione, pulsus idem antistes a sede sui episcopatus, et duo in locum ejus substituti episcopi, Bosa, qui Deiorum; et Eata, qui Bermiorum provinciam gubernaret, cap. 12. Interim Wilfridus post biennium Romam pergit, causam dicturus. Confecta re provinciam austrialium Saonum convertit ad Christum, ac Selesiense monasterium edificavit favente Edwalcho rege. ac, Ceadwala uidem conspiante Vectæ, insulæ populum Christianis institutis imbuit cap. 16. Anno 687, post mortem Cuthberiti Lindisfarrensis episcopi, episcopatum Ecclesiae illius anno uno servabat venerabilis antistes Wilfridus, donec eligeretur qui pro Cuthberto antistes ordinari deberet, cap. 29. Post longum exsilium, annorum videlicet amplius decem, in episcopatum Hagustaldensis Ecclesiae receptus est et lib. v cap. 3. Anno secundo (malum duodecimo) Aldfridi, qui post Egfridum regnavit, altius ab Alchfrido, id est anno 697, sedem suam et episcopatum, ipso rege invitante, recepit. Sed, post quinque annos, denuo accusatus ab eodem ipso rege et plurimis episcopis, praesulatu pulsus est, veniensque Romam anno circa 705, a Johanne papa absolutus repedavit in Galliam. Meldis ad extremam vitæ redactus, inducas annorum quinque a Deo meruit. Postea in concilio Niddensi restitutus principio regni Osiedi Aldfridi filii, id est anno 705, mortuus est anno ejusdem Osiedi regis quarto, post quadragesima et quinque annos episcopatus, teste Beda in lib. v, cap. 20, et quidem viii Kal. Maii anni 709 inuenitus. Certe quindecies ternos episcopus annos egisse perhibetur in epitaphio suo apud Bedam relato.

PROLOGUS AUCTORIS

1. Brittan'a (1), quam Angli victis a se protuberasque Brittanis Argliam vocant et incolunt, omni ex parte Oceano cincta, tam ingenitis quam et undecunque allatis divitiis mirabili copia antiquitus exulerabat: quae ut terrenis rerum copiis, ita quoque sanctissimorum virorum magna secunditate pollebat. Quorum exigentibus meitis in tantum gratia Dei omnipotens totam insulam sua munificientia decoravit, ut et cultus circa Dei obsequium circumquaque multiplicaretur, et res tam publicae quam familiares multa pace felicique prosperitate fruerentur.

2. Sed cum nihil omni ex parte perfectum mundanis rebus natura concessit, eæca damnatrix animi cupiditas dum interdum quosdam ad hoc perduxisset, ut suis rebus contenti esse nescirent; pacis munimenta dirupit, pax disrupta rapinas, incendia, seditiones, bella, omniunque honorum execidia peperit; quæ nonnunquam a sanctis ejusdem provinciæ viris detrita: nonnunquam, ipsis in immensum malis crescentibus, ii qui mala detergere moliebantur, varia casuum perturbatione attuli. Dum enim studium suum in eo potissimum ponebant, ne perversorum hominum pravitati amissa sui status rectitudine cederent; dumque illi e diverso modis omnibus insudarent, ne iutorum rectitudini ad sui correctionem sese vel ad modicum darent; iidem nequijam suam modo si, modo fiaudibus exercentes, quos in malitia nequierant, hos in communi vita socios habere nullo modo volebant. Hinc multi propria dignitate privati, multi a patria eliminati, multi quoque crudelissima morte necati, et a justo judge Deo gloriosissime coronati. Hæc in primordio coalescentis fidei partim insuper venientibus in se prædicatoribus est expectata; hæc in processu ejusdem fidei partim in propriis et in se procreatis prædicatoribus est perpessa; hæc nichilominus eadem fide quaque fundata partim a suis, partim ab externis hostibus, in suis patribus

A Anglorum Ecclesia est atrociter passa. Hinc, ut alia taceam, venerandi antistites Mellitus et Justus Galliam petunt Anglia expulsi; hinc sanctissimus Pater Wilfridus toties a propriæ dignitatis sede rejectus; hinc quoque gloriosissimus rex Eadmundus et beatissimus antistes Alsegus iniqna morte damnati, martyrii gloria dignissime coronantur; hinc etiam dubio procul vir præclarissimus et excellensissimæ sanctitatis Pater Dunstanus in exsilium pulsus fuisse dignoscitur. Sed haec me brevi attigisse sufficerit: Majores etenim nostri de his multa memoræ digna cognovere, et luce veritatis insignita exinde sua posteris scripta reliquere.

B 3. Et quoniam ea quæ de præfato Wilfrido scripta habentur, non simul in uno, sed in diversis auctoribus sparsa esse probantur; rogatus a nonnullis, quibus me contradicere incongruum duxi; imo, ut verum fatear, ipsius sanctissimi Patris dilectione compulsus, ea quæ sparsim de ipso scripta sunt, nostro opere in unum componere institui. Evidem Beda, nobilissimus gentis nostræ historiæ scriptor, in ipsa historia de eodem Patre per diversa loca nonnulla disserit, et beatæ memorie Odo sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ pontifex de vita et conversatione ejus quemdam libellum edidit, postquam reliquias ipsius sancti de loco in quo primum posita fuerant, exceptit, et ad ecclesiam totius Brittaniæ matrem, quæ in urbe Cantuarberia sita est, magno devotionis honore transverxit. Horum igitur dicta per omnia sequens, pene nihil quod eorum auctoritate roboraui non possit, nihil autem ex toto quod contarium sit, dictum me toto confido. Sane quicunque hæc vel legere vel audire dignatus fuerit, precor ut ista me non ita scripsisse accipiat, quasi antiquis, quæcumque sunt hac de re, mea velim scripta præferre; sed potius cogitet et amicis meis me (ut dixi) rogantibus morem gerere, et sancto Dei aliquod obsequu um mei amoris et reverentiae exhibere voluisse.

INCIPIT VITA

Sanctissimi confessoris atque pontificis Christi Wilfridi, cuius festivitas colitur iv Idus Octobris

4. Anno igitur Incarnationis Verbi Dei sexcentesimo tricesimo quarto, regnante in Cantia filo gloriostissimi Edelberti regis Cantuariorum Eadballo, et in Nordumbria successore nobilissimi Edwini regis Nordanhumbrorum sanctissimo rege

D Oswaldo, de inclivâ gentis Anglorum prosapia puer Dei Wilfridus nobilitate natus, et e vestigio cœlesti est prodigo mundo nobilissime designatus. Cum enim beatus puer intempestæ noctis silentio matris prodiret ab alvo, columnâ ignis supra domum in

(1) Ita non raro apud antiquos scriptum reperitur *Britannia*, etiam apud Græcos *Brettavie* nonnunquam.

qua nascebatur cœlitus emissa omnes circumfusæ A obsequio. Quo regina venerabilis agnito, multum ejus animi virtute lætata, consilium simul et auxilium tantæ rei perficiendæ devota mentis alacritate largita est. Et quoniam eumdem virum monasticam singulari vitam præferre cognovit; eum, ut ipsi placuit, ad insulam Lindisfarnensem venire, et monasterio monachorum sociari fecit. Quo constitutus, diligenter ea quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant ediscere curabat et agebat. Et quoniam aeris erat ingemi, didicit quanto cœtius psalmos et aliquot codices, neendum quidem attensus, verum eis quæ tonsura majores sunt virtutibus, scilicet humilitas et obediens, non mediocrem insignitus. Propter quod a senioribus et coetaneis suis justo colebat affectu.

B 4 Pape inquiunt, quidnam signi hoc nobis innuerit putas? nimurum divini est numinis omen. Et domum iruere volentibus occurserunt mulieres de domo, dicentes: « Sustinete, sustinete, precamur, quo ruitis? ad causam ignis cognoscendam quem pœ oculis habetis tantopeie tenditis? non aliam esse quam puerum nunc maternis visceribus editum pro certo noveritis. » Quo cognito, gressu reflexo in sua redeunt, magnalia Dei sua devotione venerantes. Quid ad hæc dicendum? antiquum Moysi famulo Dei ostensum in rubo miraculum videmus, cum ecce in domo pueri Dei ignis æstuat, nec comburit; flamma emicat, nec aliquid consumit. Et illud quidem antiquitus factum quid signi protulerit, jam mundus agnovit. hoc autem in seipsa expeita pene totius Anglii regni nobilitas didicit. Re etenim ipsa probatum est, quod sicut olim Dominus populum suum ex Ægyptia servitute liberatus, ipsius liberationis ministerium Moysi per ignem rubi demandavit; sic et nunc idem Dominus aliam populum suum a tenebris vitiorum educturus, quem C ejusdem educationis magisterium habere delegerit, per emissum cœlitus ignem designavit.

5. Primordia ergo vitae beatissimus Pater Wilfridus tantæ nobilitatis signo accipiens, cum esset puer bone indolis, eidem nobilitati sua industria morum nobilitatem superaddebat studuit. Unde ætatem moribus transiens, nil puerilis levitatis, nil in solentiae in suis moribus admittere voluit; sed ita se tempore adhuc teneræ ætatis modeste et circumspecte in omnibus gerebat, ut merito a majoribus quasi unus ex ipsis amaretur, veneraretur, amplectetur. Vultus enim magnæ venustatis, sed in habitu vultus erat ei multo venustior mos probitatis. Facundæ, ut id ætatis tenor admittere poterat, munia linguae, non garrulitati vel detractioni aut contentioni, sed iis quæ Dei sunt summo studio dedicatae curabat.

6 At postquam perfectionis ætatis attigit metas, defuncta matre, statuit natales et inquere fines, quo liberius posset Domini servitius operam dare. Quod ubi patri suo retulit, libenter ejus votis ac desideriis cœlestibus annuit, eumque salutibus cœpti insistere jussit. Ubi vero quartum decimum ætatis explevit annum, comitatus munimine Dei, venit ad reginam Eanfledam nomine: a qua benigne suscepimus et aliquando magno cum honore detenus, innotuit sibi propositum sue ments in eo quam portissimum esse, ut relictio sæculo Dei se malciparet

A obsequio. Quo regina venerabilis agnito, multum ejus animi virtute lætata, consilium simul et auxilium tantæ rei perficiendæ devota mentis alacritate largita est. Et quoniam eumdem virum monasticam singulari vitam præferre cognovit; eum, ut ipsi placuit, ad insulam Lindisfarnensem venire, et monasterio monachorum sociari fecit. Quo constitutus, diligenter ea quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant ediscere curabat et agebat. Et quoniam aeris erat ingemi, didicit quanto cœtius psalmos et aliquot codices, neendum quidem attensus, verum eis quæ tonsura majores sunt virtutibus, scilicet humilitas et obediens, non mediocrem insignitus. Propter quod a senioribus et coetaneis suis justo colebat affectu.

B 7. In quo monasterio cum aliquot annis Christo serviret, animadvertisit paulatim adolescens, minime perfectam esse virtutis viam, quæ tradebatur a Scotis, proposuitque animo Romam venire, et qui ad sedem apostolicam ritus ecclesiastici sive monasticales servarentur videbatur. Quod cum fratibus referret, ejus propositum laudaverunt, eumque id quod mente disposuerat perficere suadebant. At ille confessim veniens ad praedictam reginam, indicavit ei desiderium sibi inesse apostolorum limina visitandi. Quæ delectata bono adolescentis proposito, misit illum Cantiam ad regem Erconbertum, qui erat filius avunculi sui, postulans ut eum Romam honorifice transmitteret, quo tempore ibi gradum archiepiscopatus Honorius, unus ex discipulis beati papæ Gregorii, servabat, vir in rebus ecclesiasticis sublimiter institutus. Ubi cum aliquantisper demoratus adolescentis animi sagacis, diligenter iis quæ inspiciebat discendis operam daret, supervenit illo aliis adolescentis nomine Biscop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens et ipse Romam venire. Hujus ergo comitatui rex beatum Wilfridum sociavit, atque ut illum Romam secum perduceret jussit.

C 8. Qui cum Lugdunum pervenissent, a venerabili Dalsino ejusdem civitatis archiepiscopo honorifice suscepti sunt. Wilfridus a pontifice detentus, Benedictus Romanum usque profectus est. Delectabatur etenim antistes prudentia veborum strenuissimi juvenis, gratia venusti vultus, alacritate actionis, constantia necne maturitate intentionis. Unde quæque necessaria habebat, ipsi cum sociis ejus, dum secum esse volebant, abundanter tribuebat. Quin et Leato Wilfrido partem non modicam Gallicum regendam obtulit, ac filiam fratris sui virginem, si conjugem ducebat vellet, ei se daturum fore promisit, quatenus ipse illi in patrem, et ille ipsi esset tali conjunctione in filium. At ille gratias agens pietatis quam erga se, cum peregrinus existaret, dignaretur habere, respondit sibi magis propositum alterius conversationis inesse, et ob hec relata patruia Romam ire cœpisse. Quibus antistes auditis, dato itineris duce, simul et iis quæ tantæ vie necessitas poscebat copiose impensis, ipsum Romam transmisit, obse-

erans ei multa prece contestans, quatenus de Roma rediens ad se declinaret.

9. Ut autem Romam venit, beatissimi apostolorum principis limina orandi gratia perdit: et egressus, germani beati Petri, eadem causa duxus, oratorium est ingressus, humique prostratus hac prece fertur propter apostolum, quem mente praesente videbat, palam rogasse: « Piissime apostolorum Dei, frater beatissimi apostoli Petri, en ego peregrinæ provinciæ civis ad tua limina veni, veniam pro peccatis meis postulaturus. Preco te igitur per pietatem, quam cæteris præstare totius orbis attestatione probaris, ut veniam peccatorum, quam per te obtinere confido, non quæram in vanum, ne mihi tantæ progressio viæ procedat inceassum. Verum, ut experiar, vincula meæ impietatis per merita tua solvi; solve, quæso, impedimenta ingenii mei et linguae meæ, quatenus verbi Dei mysteria corde percipere, et diserto elocutionis modo eadem alius valeam insinuare. » O fides famuli Dñi, o insigne pietatis indicium apostoli Dei, o larga benignitas et benigna laetitia clementiæ Dei! Non citius orationis verba complevit, quam vivacissimum mentis ingenium et promptissimum elocutionis modum sese perceperisse cognovit. Redit in se, et gratiosus miratur seipsum qui fuerat jam non esse.

10. Romæ agitur degens, orationique ac meditationi rerum ecclesiasticarum quotidiana, ut animo proposuerat, instantia mancipatus, per venit ad notitiam viri sanctissimi atque doctissimi, Bonifacii videlicet archidiaconi, qui et consiliarius erat apostolice: enijs magisterio et amicitia felix, quatuor ab eo libros Evangeliorum, rationabilem Paschæ terminum, aliaque nonnulla quæ in patria sua nequiverrat, didicit.

11. Ecclesiastica igitur disciplina magnifice imbutus et apostolica benedictione peritus, in iter rediit, Dalmatu episcopum de suo reditu valde suspectum latus adiit, eique tribus annis fida societate adhæsit. A quo attensus, in tanto est amore habitus ut illum sibi hæredem facere cogitaret. Sed ne hoc fieri posset, antistes est crudeli morte peremptus, et Wilfridus ad suæ potius, hoc est Anglorum gentis episcopatum reservatus. Siquidem regina Francorum ea tempestate sævam Ecclesiæ Christi tempestatem intulerat. Nam dæmoniaci furoris igne succensa, fortunis omnium bonorum iniuriare, inhibens rapinis et depredationibus aestuare, aestuans atque multos examinatione damnare, et damnatos immani mortis feritate necare. Unde, ut alia taceam quæ innumeros quasi minores crudelia exercuit, octo ecclesiistarum Patres ense peremit, cum quibus et predictum generandum antistitem pari huic vitæ pœna mortis exemit. Quem usque ad locum suæ neci dispositum Wilfridus secutus est, cupiens pro eo, si concederetur, aut certe cum eo, si permitteretur, simul gladio mori. Verum ne id fieret episcopus omnis interdixit, et ne tantum flagitium flagitus suis gladiatores adjicerent, Christi miseratio sanctaque vi peregrinatio interdixit; quodque tunc tem-

A poris magno terrori quamplurimus erat, sua scilicet Anglorum natio interdictum. Corpus tamen occisi debito honore tumulavit, sicque Angliam prospero cursu repedavit.

12. Praefuit eo tempore genti Norðanhumbrorum Christianissimus rex Oswius, successor beatissimi regis et martyris Oswaldi, qui Oswius filium suum Alfridum regni socium sibi constituit. Fuere autem utrique reges in Christiana religione serventes, Ecclesiarum diligentissimi cultores, et catholicarum doctrinarum studiosissimi auditores, amatores, sectatores. Cum ergo beatus vir Dei Wilfridus in partiam esset reversus, fama sanctitatis et prudentiae ejus, fama eloquentiae et apostolicæ doctrinæ ejus, circumquaque milia celeritate innotuit, nec non ad B aures prædictorum principum ingenti cum laude processit. Sanctitas quoque et insignis amor Christianitatis, qui regum corda repleverat, notitiam sancti nequaquam fugere poterat. Ex hoc curia regis Alfridi presentatus, humane suscipitur, brevi, quod ante a solo auditu in eo sciebatur, ne ipsa cognoscitur, et eo regali amicitiae familiariter associatur. Probitas etiam integeri imæ vitæ, quam fama primo vulgaverat, et prudens simplicitas simplexque prudentia que in illo ad omnes humilitate vigebant^(?) non modo regi, verum et omnibuscum charum exhibebant. Tribus ex hoc annis regalem curiam fovit, et virtute animi gratiam, gloriam, honorem sibi comparavit. Unde et regio munere auctus tam mobilibus quam immobilibus rebus bonis, etiam inter animales homines clarus erat. Super hæc quoque Ripensi Ecclesia cum iis quæsuijiris existabant, regali munificentia donatus est. Ex eo autem summa cura procurabat, quatenus opes suæ magis transirent in victimum indigentium, quam servaret eas more avarorum opes suas recondentium.

13. Interea venit ad regem episcopus occidentalem Saxonum, nomine Albertus, vir sanctus et ecclesiasticis disciplinis apprime institutus, qui et eidem regi magno fuerat familiaritatis amore conjunctus. Hic, rogatus a rege, Wilfridum ad presbyteratus officium promovit, ulti potest quem sacerdotio fungi dignissimum esse cognovit. Mota est autem ea tempestate quæstio de observatione Paschæ, quæ magna et frequens eatenus existebat, probantibus simul et consumantibus eis qui de Cantia et Gallia advenierant, quod Scotti diem Dominicum Paschæ celebriarent contra morem universalis Ecclesiæ. Nam Scotti usque ad id temporis scripturarum serie hac de re disputante non plene edocti, saepe Dominicum Paschæ diem celebrabant cum esset Dominica dies in Palmis, ea re quod ipsa die decima quarta luna esset, quæ terminus est diei Paschalis. Istiusmodi sectæ vir sanctissimæ vitæ Aidanus suo tempore grande similementum fuerat intantum, ut a cunctis quasi æquo animo toleraretur, dum eximia in opere Dei morum ipsius conversatio consideraretur. Sed, illo defuncto, Finanus, vestigia sectæ illius per omnia sequens, in episcopatum ejus subrogatus est: quo nulominus huic vite modum faciente,

Colmannus in sectam aliorum sedemque successit, cuius temporibus gravior de paschali observatione atque aliis ecclesiasticæ vitæ disciplinis controversia versata est. Quapropter merito movit hæc quæstio sensus et corda multorum, timentium ne forte accepto Christianitatis vocabulo in vacuum culerent aut eucuriissent. Pervenit et ad ipsas principum aures, Oswii videlicet regis filii ejus Alfridi, quorum primus a Scotis edocitus atque baptismi sacramentis imbutus, nihil melioris propositi existere posse credebat, quam quod a suis doctoribus accepereat. Porro sequens potioris fidei privilegio primum præcedens, Romanæ et universalis Ecclesiæ ritum omnibus antestare ratum habebat. Siquidem Christianissimus et doctissimus vir Wilfridus, qui et Romæ (ut prædictus) ecclesiasticæ disciplinæ multa documenta acceperat, et penes Dalmatum Galliarum pontificem Lugduni nonnullis imbutus extiterat, eum suo magisterio rationabili atque catholica eruditione informaverat, ac informatum omni scrupulositate sublata in veræ fidei stabilitate firmaverat. Mota ergo (ut prædicti sumus) quæstione de paschali observatione, dispositum est, ut synodus cogi, et hæc quæstio deberet ventilari terminalique. Veneruntque illo reges ambo, pater scilicet et filius, magnopere deprecantes ut eis adesse dignaretur Spiritus sanctus. Venit itaque jam dictus Albericus, Alfridi regis amicus, cum beato Wilfrido et suo Agathone presbyteris: contra quos Colmannus cum suis clericis venit, et Hildem abbatissam, sectæ suæ fautricem, cum aliis pluribus secum in synodum duxit.

14. Silentio itaque facto, primo rex Oswius præfatione præmissa tali fertur modo locutus: « Haec enim, Patres venerandi, schisma in Ecclesias Christi exortum eo quosdam minus veritati studentes perdixit, ut bis in anno (quod dictu quoque nefas esse probatur) sanctum Pascha sit celebratum. Cujus tamen rei causam bene considerantibus non adeo mirum videtur. Dum enim ipsi arietes iter diversum arripiunt, greges etiam post se diviso tramite rapiunt. Ubi plane misericordiam est videre, cum ad regnum via sibi met contraria tendunt, quo communis propositio fidei properante contendunt: et qui viam individuam perveniendi ad vitam solammodo Christum noscuntur habere, absonum valde absurdum que fore dignoscitur, ipsum Christum in suis mysteriis velle dissona observatione dividere. Ea re in hanc me sententiam ipsa rationis necessitas potissimum duxit, quatenus utriusque partis defensores una venire jussio nostra constringeret, quo utrinque ratione audita, quid sequendum, quid fugiendum sit, discussio eriore queamus inspicere. Quapropter tu, Colmanne, qui præcipue contra morem universalis Ecclesiæ Pascha celebrare a nonnullis calumniaris, causæ tuæ, inquam, et ego tecum similis observationis coarguor, primo propugnator assiste; quatenus auctoritate qua nititur agnita, si tanta est, sat amodo nostra sub eadem auctoritate a tanis

A calumniis observatio libera. Quod si ea qua niterris minus firma auctoritate victus extiteris, profecto nec me, nec quemlibet meorum tuæ sectæ ulterius sectatorem habebis. »

15. Tum Colmannus: « Pascha, inquit, a quarta decima luna usque ad vicesimam celebramus, et celebrandum consummamus, et ita fieri oportere validæ auctoritatis firmamento comprobamus. Beatus etenim Joannes apostolus et evangelista, Domini Jesu tam familiaris conviva, ut supra precius ipsius in Cœna recubuerit, eodem quo nos ordine illud celebravimus, et in omnibus quibus præfuit Ecclesiæ celebrandum sole sua auctoritate præfixit. Hoc per successionem prudentum et æque sanctissimum ritum doctrina majorum in nobis stabili firmitate fundatum, hoc a nobis antehac inviolabili observatione servatum, et sumamus nulla ratione non esse servandum. »

16. Quo hæc et hujusmodi nonnulla dicente, jussit rex et Albericum suæ morem observationis in eum proferre, ut sciretur quo principio, cujusve niteretur auctoritatis institutione. Respondit Albericus: « Loqualur, obsecro, vice mea Wilfridus presbyter, quia unum ambo sapimus cum ceteris qui huc assident ecclesiasticæ traditionis cultoribus; et ille melius ac manifestius ipsa lingua Anglorum, quam ego per interpietem, potest explanare quæ sentimus. » Tunc Wilfridus ad jussum legis exorsus, Colmannum non modo auctoritate beati Joannis falso nisi aperta ratione monstravit, verum et contra Joannem et contra legem et Evangelium, necne doctrinam apostolorum, imo et contra universalis Ecclesiæ morem cum senire in paschali observatione probavit. Quam probationem idcirco scribere supersedimus, ne in re huic opusculo non necessaria aliquod fastidium legenibus inferremus. Si quis autem eam velit, in nostræ, hoc est Anglorum, gentis historia requisitam inveniet. Hac ergo omissa, vitam beati viri, ut cœpimus, ordine prosequamur, prius ipse, de quo loquimur, nos adjuvare dignatur. Finito conflictu contentioneque soluta, Albericus domum rediit; Colmannus vero, suæ sedis episcopatu dimisso, Scotiam petiit, quoniam ecclesiasticæ traditionibus suas traditiones postponere noluit.

D 17. Vir autem Domini Wilfridus ex hoc magnæ apud omnes est venerationi habitus: quippe qui et divinis eruditissimis præclaræ imbutus, et Dominicis comprobatus erat operibus magnifice fultus. Quapropter a rege Alfrido totius plebis acclamatione ad pontificatum elegitur, sed ipse gravi reclamationis adnisi ne id fiat obsistere nititur. Tandem importunitate omnium victus, id a rege petivit, ne se inordinate ordinari in Britannia permetteret: verum ut tanta res secundum instituta canonum exempli valeret, ordinandum sese in Galliam mittet. Venerabilis nempe Deus dedit sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ archiepiscopus jam huic vitæ sublatus fuit, nec in tota Britannia episcopus

aliquis canonice ordinatus supererat, excepto Wine o cidentalium Saxonum episcopo. Ailbertus siquidem, cuius paulo ante meminimus, relicta Britannia, Pausiacæ civitatis episcopatum sortitus erit. Cum igitur ita se res habebat, quod petebatur rex plissime annuit, et consilio patris sui Oswii beatum Patrem ad regem Galliarum direxit, rogans et obsecrans quatenus virum honorifice susciperet, atque in gradum pontificatus sua auctoritate sublimari preceperet. Igitur, prout dignum fuit, a rege honorifice suscipitur, ad Ailbertum episcopum cum mandatis diriguntur, quibus ut summa honestas servum Domini ad ordinem episcopatus promoveat sibi. Qui mandatis gratiosus obtemperans, eum cooperantibus undecim episcopis honorifice consecravit.

18. Quo post ordinationem suum in transmarinis partibus demorante, ii quorum sectæ pravitas per eum pridem detecta fuerat atque dejecta, rependarum injuriarum sese jam tempis opportunum accepisse putantes, regem Oswium fraudulenta callicitate convenientes circumveniunt, circumveniendo in eam sententiam ducunt, quatenus Ceaddam Eboracæ civitatis episcopum fieri jubeat, ne Ecclesia d. utius calente pastore fides Christi quamlibet jacturam incurrat: praesertim cum penitus, inquit, ignoretur quo Wilfridus devenerit, quem ad ipsius Ecclesiæ regimen ordinandum in Galliam Alfridus direxit. Hac ipsorum versilia rex Oswius incante præreptus, dato præfato Ceaddæ ipsius Ecclesiæ pontificatu, misit eum Cantiam in gradum sacerdotii consecrandum. Quo cum suis veniens et tandem sedem pastore viduatam inveniens, inde divertit, prædictum Wine episcopum adiit, ut episcopus ab eo consecrare obtinuit. Assumptis ergo duobus de gente Brittonum episcopis, qui contra scripta canonum erant ordinati, eundem Ceaddam pa modo inordinate ordinavit.

19. Ordinatus autem Eboracensi Ecclesiæ prælatus est, cum non post multos dies beatus Wilfridus patiam redire insituens navem ingreditur, et aliquandiu felici cursu navis æquoreos fluctus transvchitur. Jam autem medio anni transito, et beato viro cum suis clericis in ea quæ Dei sunt corde et ore intento, ventis mutatis validissima tempestas exoritur. Qui magna vexatione quassati, tandem in regionem australium Saxonum, quam non noverant, projecti sunt. Fluctibus vero in sinus suos ita illuc retractis indigenæ adhuc gentili errore devincti advolant, navem et omnia quæ in ea erant in ius suum vindicare volentes; et id propositi obstinato corde tenentes, ut aut captivarent, aut morte sibi resistentes involverent. Quo vii venerabilis agnitus copiosam eis pecuniam obtulit, et quatenus ab intentione sua recederent humili postulatione admonuit. At illi ferociores ex illius verbis effecti, nil se ab eo pro ipsorum dimissione sumptuos fore proclamant, quin etiam non modo omnia sua, verum et cunctem ipsum in ius diuinum se accepturos nulla

A crusa vetante confirmant. Quid igitur negotii teror intenderet socii pontificis intelligentes, præmissa supplicatione ad Dominum arma arripiunt, magis volentes more virotum fortiter bello occumbere quam ignava captivitate longioris vitæ spatio servando producere. Quod ubi a paganis cognitum, aciem stuerere, ac in populum Domini tela dirigere festinabant. Stans quoque princeps sacerdotum idolatriæ coram paganis in tumulo excuso, suis magicis incantationibus suos quasi benedicendo confortare, ac socios famuli Dei maledicendo satagebat enervare. Cui opere cum quantum sua intererat, sunimo studio mente, voce manuque vacasset, juvenculus quidam minister hominis Dei funda lapidem jecit, et eundem magum trajecta fronte dejecit,

B extinxit. Redit mox ad memoriam vii Dei antiquum per David factum in Goliam miraculum Dei, cum subito mire paganorum tumultus exoritur, et in discriptionem Christianæ partis vires omnium exercuntur. Quid plura? insurgunt acies, miles Christi sese prosternit in preces; Domino autem pro suis pugnante, inimica manus confusa et victa discedit. Sed post paululum multiplex in idipsum et immorredit aciem struit, tela in vacuum dirigit. Tela non vacua recipit, pars maxima ruit, et pars residua fugit. Et quid morer? jam tertio vieti cum se ad quartum prælium cum rege suo præpararent, meritis beati Wilfridi multo ante horam maius effluxit, navem extulit, et sanctum Dei cum omnibus suis, quinque solummodo ex sociis perditis, prospere in Sandicum portum evexit. Quod inimici videntes, maxima confusione in sua remeant, et seivum Domini læta serenitate victorem abire gemebundi deploiant.

C 20. Patrio itaque portu patiaque positus, confessim sibi rumor innotuit, qualiter suæ sedi Ceadda substitutus antistes sit. Qui pro re nibil omnino perturbatus, placido vultu et hilari pectore Ripum perrexit; ibique servitiis Dei intentus, magna mentis stabilitate per aliquod tempus in secretiori habitaculo deguit. Sed quia civitas supra montem posita nequit abscondi, a mullo et præcipue nobilis us frequentabatur, eximiæ sanctitatis ejus fama permotis. Rex quoque Merciorum, nomine Wifarius, vir Deo valde devotus, famulum Christi adiit, eumque ut loco cederet secumque maneret importuna vix prece deflexit; ei compos suæ voluntatis effectus, ingenti beatum Patrem dilectionis affectu coluit, terris et honoribus auxit.

D 21. Metropolitana vero sedes totius Angliae, dum hæc ita fierent, pastore calebat, defuncto (ut prædiximus) archiepiscopo Deusdedit. Et quoniam tanta sedes absque episcopali providentia esse nequivat, rex Cantuariorum Egbertus beati Wilfridi prudentia sanctitateque auditæ, ad ipsum misit quam humilima eum supplicatione contestans, ut Ecclesiam viduatam sua dignaretur præsentia visitare, opere consolationis erigere, contra spirituales nequitias civicoe suæ admonitionis protegere, et quæque tenor

ecclesiasticæ traditionis expeteret, in ea pontificali auctoritate statuere. At ille tali in causa reniti fas esse nequaquam existimans, regiæ voluntati assensum præbuit. Ad ecclesiam igitur venit, et quæ per Spiritum sanctum agenda cognovit, sedulus iniici administravit. Is primus erat, qui inter episcopos de Anglorum gente creatos catholicum vivendi morem Anglorum Ecclesiæ tradere didicerat: unde et per plura catholicæ observationis moderamina quaque per easdem Ecclesiæ sua doctrina diffundebat. Quare factum est ut, crescente per dies institutione catholicæ, Scotti omnes qui tunc morabantur inter Anglos, aut his manus darent, aut ad suam patriam repedarent.

22. Beatus autem Wilfridus, prout ei facultas inerat, hac illac propter verbum Dei disseminandum magna populi frequentia comitatus pergebat consueverat. Quod cum tempore quodam facaret, evenit in locum ubi natus fuerat atque nutritus. Cujus loci indigenas verbo vitae cœlestis emutriens, multos ab amore terreno avertit, et ad amorem omnipotentis Dei convertit. Unde factum est ut philes ibidem cellas Domino servile volentibus institueret, et quoniam pacto eorum vita componi deberet, unumquemque prudenter institueret. Sicque per tria continuos annos modo Cantuariensis Ecclesiæ dispositioni, modo illorum exhortationi et illorum correctioni sue providentiae curam impendit. Et licet episcopalis cathedrae proprium locum nusquam haberet, tamen episcopali officio studiose intentus satagebat qualiter diabolo sua vasa eriperet, et ea Domino Christo conciliaret, atque in sanctæ conversationis proposito corroboraret.

23. Emenso autem spatio trium annorum, Theodosius a Vitaliano papa archiepiscopus consecratus et missus, Cantiam venit: susceptaque sede pontificatus in metropoli civitate, mox secundum quod vigorem ecclesiasticum decebat, ea quæ circumquaque emendanda erant, summa prudentia et pontificali auctoritate in melius mutare studebat. Ut vero comperit Ceaddam contra canonum statuta in episcopatus gradum suisce consecratum, publica illum increpatione redarguit, et quod degradari jure deberet paulo distictius minatus est. At ille, ut erat magnæ humilitatis et mansuetudinis vir: « Si me, inquit, asseris contra scita canonum ordinatum, libenti animo exordinali concedo, cum profecto nunquam tanti apud memelipsum exsisterim, qui loco hujuscem regiminis vel ad horam praesesse debuerim; sed obedientiæ causa jussus subire, hoc licet indignus consensi. » Qua responsionis ejus humilitate Theodosius accepta, dixit cum nequaquam gradu sacerdotii se velle privare. Vénum quia (ut diximus) inordinate ad tantum ministerium fuerat ordinatus, ipse ordinationem ejus canonica ratione consummavit. Sed ille considerans se non juste episcopatum alterius episcopi obtinuisse, pœnitentia ductus elegit potius tali honore carere quam alterius cathedralæ ulterius injuste praesidebere. Discessit

A igitur episcopatu, et ad monasterium suum, quod erat in Lessingese, privatus secessit.

24. Porro Theodosius beatum Wilfridum in episcopatu Eboracensis Ecclesiæ restituit, nec non et omnium Nordanhumbrorum, sed et Pictorum, quo usque rex Oswius imperium pretendere potuerat. Sicque vir sanctissimus et animam suam in patientia possedit, et multiplicitate honore, quod suum fuerat, totius populi exultatione recepit. Quo tempore regno Merciorum Wilfarius praesidebat, cuius paulo ante meminimus. Qui cum mortuo Jaramanno episcopo sibi suisque alium a Theodoro dari peteret, non eis ille novum voluit episcopum ordinare, sed praefatum venerabilem Ceaddam eis dedit. Beatus vero Wilfridus suis redditus, egregia mentis instantia operam dabat, quatenus et ea quæ longa vetustas aut incuria dissolverat, in ecclesiis restauraret, et quæ in subditorum suorum moribus oculos magni Dei offendere tolerant, eliminaret. Quibus operibus quanto magis intendebat, tanto se in majori virtutum exercitio constringebat, ut subiectis in ejus vita esset videle, qua diligentia deberent verborum ipsius documenta suscipere.

25. His autem quæ destituta reperebat in integrum restitutis, ecclesiam in honorem beati Petri apostolorum principis a fundamentis consum navit, et eam multo decore sub immensa principum ac populorum frequentia consecravit. Ut autem ventum est a l' sui sermonis officium, luce clarius visa sunt Dominica in ea verba compleri: *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris mei qui loquitur in vobis* (Matth. x., 20). Quod ea re plane licet considerare, cum et populus in Dominum magna sit dilectione ex illo affectus, et corda principum tanto timore et amore Dei sint accensa, ut non solum ea quæ prius ad iura ipsius ecclesiæ pertinebant, ad voem illius testamentis confirmarent, sed et quædam de suis ipsi ecclesiæ condonarent. Triduo post hæc omni turba secum detenta, pane vitae tam cœlestis quam terrestris eam copiose refecit. Ecclesiam præterea magnis munieribus et ornamenti decori domus Dei competentibus ditavit. Et cum hæc opera laude dignissima faceret, ut mortis etiam pessem laudem fugiebat humanam: ac sic positus in medio populorum, omnibus erat speculum et informatio operum bonorum.

26. His ita sesq; habentibus, omnipotens Deus ut mei famuli sui quanti penderet mundo demonstraret; que internarum luce virtutum primo profudit, etiam exteriorum exhibitione miraculorum decorare voluit. Hinc est quod die quadam cum venerabilis pastor oves Dei verbis et fidei sacramentis imbueret et antiquo humani generis hosti in eis jus dominandi auferret, atque per sacri chrismatis unctionem septiformis gratiae Spiritum jam baptizatis traderet, ecce per effusas turmas mulier nimio dolore afflita ministrio Dei occurrit, defunctæ funera prolis miserabili deportatione in ulnis ostentans. Quo viso Pater obstupuit, hæsiique loco, paulumque

ab incep̄ti operis ministerio se cohibenti orlata mulier ac̄ri doloris nimietate turbata pionor incubuit, gemituque præpedita vix in hæc verba erupit : « En, inquiens, bone domine, quem ad impositionem manū tuæ confirmandum in Christo portare decreveram, jam non sotum ad confirmandum, verum primo ad resuscitandum a mortuis tuæ sanctæ pietati piæque sanctitati apporto. Christum tuum prædicas omnipotentem, quod precor operibus proba, et meum a morte filium unigenitum suscita. Et quanti hoc est omnipotentiæ suæ paivulum suscitare, et mei doloris stimulos effugare ? revere nihil. Quapropter in hoc peto quæ prædicas iata esse potenter ostende, ut ad meam consolationem unicum filium meum restituas vitæ. » Ingeminat querulas voces, cuius vehementi gemitu coacti sub uno convolant omnes. En plangor grandis. Tandem compassus venerabilis Domini servus, agit tacitas sanctæ sub pectore grates, quod turba nondum perfectæ fidei novit regare clementiam Domini Christi; moxque solo fusus et faciem lacrymis perfusus : « O Domine Pater, ait, non ad merita mea, sed ad tuæ pietatis opera, precor, placatus attende, et ærumnis hujus mulieris opem tuæ consolationis impende, restituendo in columem filium suum per Jesum Christum Dominum nostrum unigenitum Filium tuum. » Quo dicto surlexit, et caput defuncti dexteræ manus extensione tetigit : cui ad ejus tactum caput exagi- tanti vir Dei manum porrexit, et erectum vivum in columemque cunctis exhibuit. Vulgus in nimios admirationis ac laudis clamores excitatur, et fide plenissima in Christianæ legis obseruantia consolidatur. Puer redivivus in Christo per manus impositionem confirmatur, matris cum gaudio redonatur eo pacto ut septem annis materna cura nutritus viro Dei restituatur. Quod post præsinitum tempus ne fieret patre suo interdicente, exsul ad externos fugit cum prole Britannos, sciens videlicet puerum nequam contra viri Dei præceptum in proprio secum posse manere. Quod tamen sua fuga ei constituit. Post parvi temporis dies præfectus quidam invitis parentibus puerum in manus Patris reduxit, quem protinus servitio Dei mancipavit, et bene instructum pluribus imitabilem in sancta conversatione postmodum fecit. Hinc quique perpendite quid signi prætulerit super ejus cunabula cœlitus emis- sum lumen radiantis flaminæ.

27. Ea tempestate regnum gentis Anglorum genuo decore nitebat, cum et reges Christianitatis amore servebant, et pontifices divini operationem mysterii summo studio exercabant. Hinc regalis providentia hoc potissimum per se geriebat quoque subditorum magis a pravitate morum abstrahere, quam cupiditate animi res eorum diripiendo distrahere; nec ulla eis cura fuerat quam subditis, sed quam bonis ipsi regnarent. Hinc nihilominus sacerdotalis apex sui officii plenissime compos extiterat, eis solummodo sua diligentia operam præbens, ad quæ ip̄i s̄ erdnis institutor et auctor Dens ipsum

A instituit. Hæc proptersumma quies erat plebi legalia jura tenenti, terra frugibus et tranquillitate opima suis cultoribus non modo egestatem colebat [f. tollebat], sed et operi Dei alsque sollicitudine sæcularium rerum curam impendere permittebat. Classica diu silent, nec latronum incursio formidatur. Quid plura ? ut cuncta brevi edicam, promicat Ecclesia pacato fœdere nexa. Quæ ut diabolus vidit, propria sibi malignitate invidit, et tractans secum pacis interruptioni causas invenit. Spiritu namque superbie suæ invadit gentem Pictorum in fantum, ut ea gens (quod semper ferre consueverat) bello a se tentaret excutere jugum Anglorum. Præfuit eo tempore regno Nordanhumbiorum Echidus filius Oswii regis, qui patri suo in regnum successerat, vir in armis strenuus, et beati Wilfidi amicitiis vehementer astrietus. Hic ergo pontifici negotium Pictorum quod incombebat exposuit, atque ut rebus opem suæ intercessionis ferret supplici piece admonuit. Cujus deinceps benedictione vallatus atque sanctissima oratione comitatus, cum paiva militum manu Pictis occurrit, Pictosque occursantes catervatim prostravit, et Pictorum tumorem gladii ultione repres- sit. Et quid morer? dat stragem late, iudeunt in colla catenæ : sicque victoria læta potitus rediit, et eximias propugnatori suo gratias egit. Illoc modo genti Anglorum pax restituta per annos aliquet mansit. At regno Merciorum post hæc in dissensio- nem elato, rex præfatus armis pacem revocare de- siderans, obvius eidem regi in Lellum processit, pugnam commisit, quam quærebat pacem, duce fugato exercituque prostrato, victor obtinuit. Ea nim- rum re huic regi sic processit, quo Deus ostenderet preces beati Wilfidi ante se penitus cassari non posse. Nec mirum. Qui enim in Evangelio dixit *omnia fore possibilia credenti* (*Marc. ix, 22*), merito illi quem et fide catholicum, et in operibus ejusdem fidei præcipuum ipsa Domini sapientia vidit, quæ juste petebat, possibilia esse concedere debuit. Nam de illius fidei integritate quis dubitare, aut quis de perfectione opium ejus digne valeat disputare ? Verumtamen paucis opera ejus quædam describan- tur, quæ et integratæ suæ fidei testimonium præbeant, et illius cordis devotionem imitari volentes quod imitentur piæ oculis habeant.

D 28. Ac primo dicendum quod optimis a puero moribus institutus, nulla quoad vixit eisdem potuit ratione abduci incommutabilis justitiae cultor, nec favore remitti, nec detractione dñuci, nec laudibus decipi, nec vituperationibus in zelum poterat com- moveri. Per noctem divinis insistens obsequiis, corpus suum quod ab omni contagione ex utero matris suæ mundum custodierat, tam vigiliis quam frigoribus mire afficiebat, singulis illud noctibus aqua frigida tinguens, nec prius ab hac consuetu- dine cessans, quam Joannis apostolicæ sedis anti- stites eum pro ætatis suæ gravitate huic proposito finem juberet imponere. Non hunc ardor æstatis, non frigus hiemis ab instantia corporis operis Dei

deterquere valebant. Præterea quaqua versum gratia prædicandi gratiam Dei pergens, paratus erat pro ipsa quam prædicabat veritate vitam dare, si occasio competens offerretur quæ id fieri postularet. Si quando aliquid deliciarum quovis eventu, et hoc summa cum paritate, in escam sumebat, id ipsum in se postmodum gravi inedia vindicabat. Hæc institutio vitæ minimum elationis et maximum humilitatis in ejus pectore studium comparavit. Hæc subditis sibi exemplum sanctæ conversationis indixit; hæc eosdem in arctam continentiae viam induxit; hæc quoque multos a suo errore conversos ad Christi gratiam duxit. Unde quamplurimi nobilium incitati, filios suos Dei servitio mancipandos viro nubadebant mirantes, admirando ejus merita; dignis laudibus approbantes, atque suos ipsius probitatis imitatores fieri modis omnibus exoptantes. Sed sicut saepe quod aliquibus provenit ad virtutis profectum, aliquibus procedit ad iniuriantis effectum; sic unde nonnulli in amorem et veneracionem famuli Dei profecerunt, inde quidam in odium et contumeliam ejus eiumpunt. At athleta Dei *cum nis qui oderant pacem erat pacificus* (Psal. cxix, 7), et odio ipsorum suæ rependebat obsequium mansuetudinis.

29. Præterea in Angustaldensi oppido templum mirabiliter opere fecit, quod ipse in honorem beati Andree apostoli Domino dicavit, ad vicem videlicet beneficii rependendam, quod idem apostolus jam eidem impenderat. In cuius templi constructione non defuit invidia mortiferi serpentis. Nam dum clementer illi linunt superiora parietis, præcipitante illum adversario humani generis, unus eorum in præceps corruit, et sic ut contritis omnibus membris jam defungi putaretur. Qui cum velut in exhalatione sui spiritus laboraret, excruiunt omnes utpote ad exsequias funeris ejus. Vir autem Domini Wilfridus cum corpore absens præsentia spiritus cuncta dignosceret, mox sese in lacrymas dedit, et quiesque assidentium quid evenerit ex ordine docens, pro salute fratris eos intercedere postulavit. Ubi vero ad ægrum ventum est, mox ad Patris tacitum pristinam recuperunt membra salutem: et, si dicendum, lethum erubuit, cum per hominem vitæ se depelli, et homini vitam restitui vidi. Cujus mortis auctor diabolus, videns virum tam internis animi virtutibus quam exteriorum exhibitione miraculorum suam confusionem augere, in nimiam sui furoris malignitatem accenditur, quibus modis poterat inquirens, qualiter confusionem suam versa vice in eum retorqueret.

30. Accepérat autem rex Ecsfridus conjugem nomine Adeldidam, quæ in voto virginitatis potius hanc vitam transigere proposuerat, quam aliena libi line violari. Inuncta est tamen regi prefato lege conjugali, non conjunctione carnali. Cujus rei gratia beatum Wilfridum tam per se quam et per amicos suos rex convenit, orans et obsecrans, et maxima a sum reatum pollicitatione in hoc ipsum allicere ten-

A tans, quod negotium reginæ persuaderet, ut omnes virginitatis proposito regiæ voluntati assensum præberet. At Wilfridus, sciens scriptum esse: *Vovete et reddite Domino Deo vestro* (Psal. lxxv, 12), maluit Ecsfrido haec in re non parere, quam suum Domino sacrificium auferre, ne per hoc non modo virginis, verum et suæ animæ mortis æternæ dispensia pararet. Ego virginis voti fautor existens, vigilantis animi sagacitate procurabat, ne qua feminineæ mentis inconstantia propositum virgo postponeret, et terrenis illecebris animum devicta supponeret. Egit igitur suā industria, ut virgo potius divortium conjugii a conjugे quereret, quatenus libertate potita sæculum linquere, et thalamis æterni regis valerer feliciter inhædere. Quod quidem factum est. Nam ubi rex comperit eam nullo pacto a proposito posse mutari, licet invitus, concessit tandem ut relieto sæculo, prout volebat, accepit velamen insigne virginitatis. Qua licentia felix, acceptio velamine a beato Wilfrido, quæ mundi sunt cum mundo deseruit, sprevit atque a sui desiderio, cordis procul abjecit.

51. Et membris vero regali est copulata coniugio. Per hanc igitur diabolus odium quod contra virum Dei habebat, exercere opportunum existimans, animum illius injectis quibusdam simultatibus adversus eum inflamat, quoque ipsi suarum insidias fraudum tendat vehementer instigat. Cui suggestioni eo facilius cessit, quo muliebris inconstantia mentis, intemperantia lubricæ ostentationis, oppressio ac rapina violentæ damnationis, quæ in ea magno cum tumore vigebant, servum Domini in redargutionem sui multoties acerba invectione armabant. Quamobrem non parum intus offensa, et insuper daenoniaco igne succensa, gloriæ dignitatique ipsius magnopere cœpit invidere, et quoniam modo cum dignitate sua spoliare ac spoliatum absccere posset, occasiones querere. Considerata ergo gloria viri, qualiter eum omni ex parte affluent a dignitatis circumfulsisset, regem mulierum facundia convenit, quasi de quibusdam suis utilitatibus actura; re autem vera prima an animum ejus ad quæ vellet acclinare posset habere, ex obliquo perquisitura. Quem ubi ad suum votum esse persensit, ut hominem Dei in invidiam adduceret, si audulentis sermonibus ejus gloriæ iam regi cœpit admirando enarrare. Nam, exposita divitiarum abundantia, cœnobiorum multitudo, aedificiorum magnitudine, subditorum principum turba, obsequentium militum copia, regalibus vestibus et armis instructa intulit: «Et quid amplius ipse tibi, quam tu sibi? totum regnum tuum episcopatus ipsius est; quin et si tua potestas ejus potestati comparetur, minor est. Terminus enim imperii tui suis finibus coactatur; terminus autem episcopatus ejus tuos fines auctoritate progreditur. Et, fateor, fidelibus et amicis tuis est timendum ne, si aliquando inimici tui contra te arma suscepérint, ipse quam prædicat pacem sequendi suos ab armis immunes retineat, tuque tuo-

rum paucitate inimici inferior vixit occupubas. Quapropter de negotio ante negotium tracta; et, ne in ipsa gestione negotii tua virtus decidat, quae obsunt gnarus præordina. Sunt quidem et alia nonnulla quæ tibi honeste possunt persuadere, tui honoris nullatenus esse, non dico superiorem, sed parem quemquam in regno tuo habere. Quæ nec dici quidem opus esse recognosco, quia non modo tuæ prudentiæ, sed et cuivis imprudenti clara esse non nescio. »

.51. Talibus verbis rex permotus, et quasi suæ utilitatì consuleretur, ad ea totus arrectus, melius suis rebus consuli non posse putavit, quam si vir Dei suis omnibus privaretur, et episcopatus ipsius in plures episcopos divideretur. Verum quia id agi præter consensum Gantuariensis archiepiscopi minime poterat, verba malignæ accusationis contra episcopum ipsius sedis antistiti Theodoro mandant, et ad suæ voluntatis effectum deceptum inclinant. Venit igitur ad regalem curiam Theodorus, sua auctoritate regam voluntatem super Wilfrido impleturus. Quod factum est. Nam protinus in locum ejus tres episcopos eo absente ordinavit. Res viro celari non potuit: et admiratione quammaxima ductus, hilari corde, alaci vultu, modesto gressu regis palatum subiit, causam negotii perquisitus. Cui hoc modo, ut seitur, ad inquisita responsum est: « Nec te impæsentiarum alicujus criminis admissione notamus, nec tamen statutum de te iudicium hac vice mutabimus. » Ille vero talibus verbis non sibi satisfactum esse consentiens, apostolicam sedem appellavit, et pro eorum injustitia indignatus reflexo gressu aulam egredi voluit. Intuens autem quosdam satis fœdo sus casibus insultare cachinno: « Et o, inquit, filii, felici prosperitate ducatis tempora longa; sed noveritis, quantocius sois infesta resolvet hæc gaudia vestra: nec prius hunc annum transisse videbitis, quam istas quas super me detiones hæc etis, acerbi mœrore luanus. » Quæ prophetia veritas facta est. Nam post non multum temporis conserto gravi prelio inter Efridum et Ailredum regem Merciorum juxta fluvium Treanta, occisus est Elsusius frater regis Efridi, juvenis circiter decem et octo annos habens, utrique provinciæ multum amabilis: ex cuius morte magnus et intollerabilis morior Efridum ac suos percudit, omnisque letitia quam de expulsione beati Wilfridi habuerant, justo Dei iudicio in tristitiam versa est. Sic ex eo quo a se fortissimum multitem Domini repellere non timuerunt, nunquam laeta victoria potius sunt: sed qui prius parva manu militum, ejus intercessione muniti, ingentes copias straverant, postmodum cum ingenti copia a raro milite vixti caderant. Nec injuria. Repulso etenim eo per quem vixores extiterant, nil erat residui quare passim vinci non debuerunt. Verum ad ordinem instituti operis styli officio redeamus.

.52. Beatus Wilfridus episcopalæ cathedræ dignitate priuatus ad sua redit, filiis et fratribus suis de-

A ejus infortunio valde contristatis non paeca disseverit verba consolationis, patientiae et veræ charitatis, dicens, inter alia, nihili esse pendendum quod constaret nonnunquam fore pendendum. Ipse vero post hæc Romam iturus, et ne quod scandalum Ecclesiæ Christi propter eum imminaret causam suam ante sedem apostolicam expositus, ad mare, venerabili monachorum collegio dextra levaque stipatus, perducitur; navi imponitur, pia illorum imprecatione perfungitur; prospero cursu ventis vela panduntur. At ubi paululum navis processit, mutato vento pulsus est Fresiam: ubi a barbaris ac rege illorum Aldgislo honorifice susceptus, ibidemque honorifice conversatus, ab omnibus summo cum honore, quoad ibi manere cordi fuit, habitus B est, licet adhuc tota provincia idoliorum cultui dedita deserviret. Vicem itaque benignitati eorum rependere volens, prædicabat eis verbum Dei, et multa millia verbo veritatis instituit, ac fonte salutari a suorum peccatorum sordibus lavit: sique susceptores suos et a Domino suscipi, et Dominum in se suscipere fecit. Erat autem ante adventum beati viri terra ipsa magnæ salsitatis magnæque sterilitatis, et velut in modum rupis nimis asperitatis, ac per hoc quibusque animalibus ad incolendum magnæ incommoditatis. Verum ad prædicationem vii Dei eadem gente fidem Domini suscipiente, sicut coida eorum supernæ dulcedinis ore ad fertilitatem operum bonorum mollita, et inhabitatione Spiritus sancti sunt accommodata facta; ita et teræ ipsorum salsitas in dulcedinem, sterilitas in fertilitatem, asperitas in molliorem atque pinguedinem versa, omnibus inhabitantibus eam diversæ commoditatis copias lautissime intulit.

.53. Interea ii qui sua nequitia vici amicum Christi propria dignitate, possessione, terra proturbaverant, legatos suos tam fraudibus iniquissime delationis ligatos, quam et diversis exenis oneratos in Franciam dirigunt, quo viro Domini partum fraude, partim munere laqueos deceptionis et caputionis, laqueos deprædatonis, perditionis et mortis instituant. Sed ut laqueus eorum, qui muneribus seducti laqueum instituerunt servo Dei, ipsos involveret, quemdam sacerdotem Domini, nomine Winfridum, nuper a suo episcopatu depositum, et tunc in peregrinationem pro Dei amore cuntem, occulto iudicio Dei suis omnibus spoliaverunt, vicinitate nominis propriaque malignitate decepti. Verum ubi hoc ab illis est intellectum, et quoniam vir Dominus ea tempestate degeret recognitum, Ebromus, regalis curiae et istius nequitiae princeps, scripta cum magno munere Aldgislo regi direxit, petens ut Wilfridum omnibus bonis expoliatum crudeli morte necaret. Rex autem nec precibus, nec donis sub se cedere tantæ nequitiae acquiescens, missam chartulam magna cum indignatione disruptam ignibus injecit: nequitiaeque, ut dignum fuit, exprobrans, legatos absque honore dimisso statim remcare præcepit.

.54. Securus igitur insidiatum praesul, in ipa

provincia totum cum nova Dei plebe hiemem feliciter exigens, deinde pergendi Romam iter repetit, et Galliam perveniens nota sibi regis Dagoberti moenia subit. Quem ipse rex visum mox recognovit, eumque multa cum laetitia hospitio suscepit, et vocatis hominibus suis, hac eos voce alloquitur : « Virum hunc quem ecce coram habetis, magnopere dilectioni vestrae commendo, rogans ut illi in quocunque negotio vestri opus habuerit assistatis, siquidem me, sicut credere fas est, sincera mente amatis. Hujus etenim probitate et industria vobis redditus, vobisque, ut impræsentiarum videtis, regia sum dignitate prælatus. Nam dudum, velut ipsi recordamini, cum popularibus insidius fere perdius essem, exsul quaque liberationis meæ gratia obterrassem, pelago quoque jactatus ad ignavos Hibernos perlatus fuisse; hinc me inde adductum magna benevolentia secum aliquandiu tenuit, ab omni periculo protexit, atque nativo solo incolumem ac tutum restitu posse donavit. Quapropter per meam et vestram vos obtestor salutem ut, si qua in vobis est fides, tantum servemus animicum, et vicem exhibetæ mihi dilectionis ac benevolentiae communiter gratiæ procurramus [f. procuremus] et reperdere. » Ad hæc dicta quique lætantur, suamque lætitiam vehementi acclamazione testantur. Neque enim leve judicabatur inter illos quemquam subjectorum vel mutile contra præceptum aut voluntatem principis sui. Hinc sedes et prædia, dignitates et varia dona sancto a rege offeruntur, atque ut sui regni dignaretur terras incolere ac, incolendo juri proprio vindicare, multis preibus exoratur.

55. Sanctus autem, sui propositi memor, regiae voluntati non cessit : sed quibusdam necessariis rebus assumptis, quin etiam sociato sibi quodam præsule Deodato nomine, a curia recessit. Inde Campaniæ ducem vocabulo Bertherum adiit, et ab eo nobilitati susceptus est. Qui post exhibita vera charitatis atque humanitatis officia, cum homine Dei residens cœpit ei enarrare, qualiter inimici ejusdem voluerint eum perdere, et se ad intentionem ejus oblatis muneribus inflectere. « At ego, inquit, non immemor quid fidelitatis et amicuæ quondam in pagano quodam rege reperiens, cum de patria mea pulsus apud eum exsularem; nolui minus fidelis iævenii Christianus tibi Christiano, quam homo paganus milii existit homini Christiano. Siquidem rex Hunorum gentilis cum causa tuendæ meæ saluus me secum degentem retinebat, init mecum fœsus in nomine dominorum [f. deorum] suorum, quod me nunquam inimicis meis quavis occasione proderet. Post aliquot vero dies nuntiis ad se ex parte inimicorum meorum venientibus, et ingentem pecuniam pro interitu meo sibi pallicantibus : « Dum, inquit, vitam meam succidant, si ego pro quovis lucro terreno vobis cedens, initum fœdus quoquo modo dissolvero. Si ergo homo infidelis, ut falso deo

A suo fidus existeret, fœdus rumpere noluit; ego gratia Christi fidelis fidem quam vero Deo promisi, violabo ullius terreni commodi causa? Absit, absit! imo in sua [l. mea] fide te suscipio, et quoad velle tibi fuerit, ut mecum maneas obsecro. Id quoque magnopere desidero a te petere, quatenus si quid in meis affectuosius amas, accipias, utaris, possideas. » Hac viri bonitate simul et benignitate vir Dei magnifice delectatus, quid potius animo proposuerit, viro aperuit : sicque multiplicatus rebus associis, gratiosus ab eo discessit.

56. Romam vero usque perveniens, illico fama jam cognita sanctitatis ejus quaque percerebuit, et ci quamplurimos civium venienti in obviam egit. Adebat, et magno vulgi favore susceptus in aulam beati Petri B veneanter adductus est. Pontificatum apostolicæ sedis beatæ memoriæ Agatho tunc regebat, vii justus et simplex, ac in rebus ecclesiasticis non mediocriter soleis. In cujus ac plurimorum episcoporum præsentia cum beati Williudi causa esset præsentibus accusatoribus ventilata, universorum judicio absque crimine accusatus fuisse, et episcopatu dignus esse comprobatus est. Quo in tempore cum idem papa Romæ synodum congregaret centum viginti quinque episcoporum adversus eos, qui unam in Domino Salvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant, vocati jussit beatum Wilfridum, atque inter episcopos considentem dicere fidem suam simul et provinciæ de qua venerat. Cumque catholiceus fide cum suis esset inventus, et abs te sacerdotali dignitate privatus, ploruit ut Romanæ sedis decreto in episcopatum restitueretur, et in monumentum suæ catholice fidei ejusdem synodi gestis hoc scriptum inserieretur : « Wilfridus (2) Deo amabilis episcopus Eboracæ civitatis, apostolicam sedem de sua causa appellans, et ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, et cum aliis centum viginti quirque coepiscopis in synodo judicari a sede constitutus, pro omni aquilonali parte Britanniae et Hiberniae, quæ ab Anglorum ac Britonum nec non Scottorum et Pictorum gentibus incoluntur, veram et catholicam fidem confessus est, et cum subscriptio sua corroboravit. »

57. Apostolico igitur et synodali decreto in episcopatum restitutus, acceptisque ab apostolica sede litteris, regi Efrido et archiepiscopo Theodojo de sui status redintegratione directis, servus Dei magno servorum Dei reliquarum munere ditatus, iter Angliam veniendi repetit, et quia noverat scriptum : *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidente* (Prov. x, 9), regia via gradiebatur. Ecce autem extra quam putabatur latronum manus, ad interficiendum parata, viro Domini haud grata processione occurrit. Erant etenim qui regi Dagoberto insidias tetenderant, cumque gladio in inguine merso necaverant. Hi ergo viro Dei occurrentes, animique furorem vultus sui ferocitate pandentes, prælia vibratis intentant comi-

(2) Eadem subscriptio apud Bedam et Willielmum. Acta concilii exstant partim apud Willielmum, partim apud Spelmanum.

nus hastis. Quorum unus qui quasi loco principis inter eos habebatur, excusso quod manu tenuerat telo, militi Christi fœdo ore conviciabatur: « Delator, inquiens, patriæ petulans et nōrisbunde viator, tu quidem jam pridem Gallica sceptrum violasti, tu Gallica rura pessum dedisti, tu Gallicam libertatem in servitutem redigisti, cum tyrannum a nobis jam olim exsiliatum tua instantia in regnum constituisti. At ipsius quidem crudelitas justissima morte punita, te quoque utpote maximum suæ mortis auctorem, te, inquam, eadem morte punientum esse declamat. Procumbe igitur, pestifer, procumbe, et digna ultiōne mulctatus, eidem quam contra nos sovisti morti succumbe. » Et Pater contra: « Si non jure, inquit, feci cum regem regno injuste depulsum, quantum in me fuit, hæreditariæ dignitati præfeci, et hoc ita penes se esse justissimi judicis æquitas habet, fateor, pœnas justæ ultiōnis promptissime pendam. Quod si nequaquam hoc in facto contrarius, sed cum jure feci, velut ipsa mox innocentia mentis mihi testatur, eo libentius, si vultis accidere, morri desidero, quo me pro justitia occisum martyrii gloria coronandum fore considero. » Quibus dictis, ubi viderunt virum tanta mentis constantia niti, nimio teriore percussi arma projiciunt, terræ procumbunt, viri vestigia osculis petunt, veniam querunt. Qua ad suum votum inventa ejus benedictione ditati, viae prosperitatij pontificem cum suis omnibus reddunt; ipsi certo itinere pergunt.

38. Perveniens vir Dei Britanniam, regi litteras quas ab apostolica sede acceperat detulit, et eamdem litterarum auctoritate subnixus, in conventu nobilium suam causam viva voce defendit, sequente falso accusatum ac injuria degradatum libera protestatione ostendit. Rex autem quanto illum majori veritatis ratione vallatum agnovit, tanto se minori veritatis ratione suffultum indoluit, moremque nequissimorum imitatus, malnit in sua pertinacia contra æquitatem perdurare, quam æquitatis ratione suam pertinaciam mitigare. Hanc vero sui cordis socordiam magnopere consummabat antiquorum delatorum inveterata discordia, dum ipsi quos ipsa jam repletos possidebat, venena suæ malignitatis regiis auribus infundebant. Propria itaque rex ira cæcatus et seduccentum se adulacione a vero distractus, litteras apostolici papæ tumido fastu despexit, despiciendo irrisit, irridendo a se procul abjecit, ac in famulum Dei nequissimi delatoriis crimen injecit. Tanta regis indignatione nonnulli clientes, imo et quique nobiles oppido permoti, unanima omnes contra beatum conspiratione insurgunt, ac multis cum contumelias afficiunt; et quo regiae majestati se ad plenum fideles existere monstrant, indignationi ejus plene satisfacere cupiunt, et Dei hominem a regis conspectu avulsum carceris imo detinendum arripiunt. Ei memburgis autem bonorum omnium persecutrix, et hujus schismatis indomabilis auctrix, sese in direptione illius medium immersit, capsulam reliquiarum de ipsius collo procaciter abstulit, cum

A que fœda garritate et feminea loquacitate derisum abjecit. Ergo inclitus heros, socii et opibus omni ex parte privatus, ad suos, prout potuit, inter iniquorum manus sese convertit, atque in his verbis brevi ad eos orationem fecit. « Non vos, inquit, domini fratres et filii mei, non vos haec quæ nobis ingeritur injuria turbet, nec a veritatis tramite quoquo modo proturbet. Præ oculis semper habete: *Omnes qui volunt in Christo pie vivere, necessario tribulationem pati oportere (II Tim. iii, 2).* Verum licet impii ad tempus plus prevalere videantur, tamen non sic semper erit. Est enim tempus cum et priorum tribulatio perenni lætitia remunerabitur, et impiorum superba elatio perenni tristitia punietur. Sed ne tribulatio vos in impatientiam agat, animad B vertite quoniam modo cana patrum series multas perpessa tribulationes, per patientiam meruit, Deo juvante, vincere multiplices hostes. Nec id vestram menti ullatenus volo abesse, neminem secundum Apostoli dictum posse coronari, nisi qui contra diabolum studuerit legitime decertare (II Tim. ii, 5). Et certe hujus temporis certamina parvipendenda, nec multum diutina: per illa tamen æterna felicitas ei felix æternitas regni Dei comparatur. Quam felicitatem, queso, fratres, amate, eam desiderate; ad eam tendite atque ad eam pervenire tota mentis intentione satagit. Quod si feceritis, profecto nihil erit quare istiusvitæ adversa formidetis. » Vix verba compleverat, cum ecce in quorum manibus stimulgebatur, acriori fuore ex ipsis verbis accensi, eum in tenebroso carcere vinculum detruserunt.

39. O constantia vix! sic enim tui cordis, sanctissime Pater, hilaritatem in tanta tua adversitate contueor, sic considero hilarem te esse soleme, cum omnia prospera tibi videbantur aridere. Tamen, ne pietatis viscera in tuis filiis aliquatenus perdisse videreris, eorum potius quam tuis æumnis pias lacrymas impendebas: et cum te cancer tenebrosus involveret, magis dolebas ab eorum auribus vitæ verba separari, quam te praesentia corporæ lucis spoliari. Interni etenim luminis fulgor nitebas, quo carcerales tenebras pro nihil contendebas. Quare cum divinæ lucis splendorem Deus in te vigere conspicerat, humanis tenebris te nequaquam diu premi permisit; sed eisdem fugatis radium suæ lucis domui quam inhabitabas immisit. Ac quidem merito. Nam quia pervigil æternæ luci tam in noctis quam in canceris horrore assistebas, dignum duxit sui luminis effusionem signare, operibus tuis et caligini tenebrarum nihil esse commune. Hanc luminis effusionem custodum vigilia protestatur, quæ circa mediae noctis horam cancerem mire fulgentem non absque gravi timore sese vidisse testatur. Sed hoc testimonio te non eguisse perpendit, qui sanctitatis tuæ merita oculo fideli attendit. Beati Petri apostoli cancerem cum tuo potius considere, teque sibi accepta liberatione evangelica in lumine ostensione comparari vehementer exsulto. Quanquam post hæc et archangelica Michaelis visitatione sis a

motus periculo liberatus, ut cunctis clarescat, quod gloria regni Dei simul cum ipso apostolo sis coronatus.

40. Inter haec uxor praefecti Offridi, qui beatum Wilfridum in custodia habebat, acerrimo languore corripitur, jamjamque ad vitæ extremam perducitur. Jacet siquidem toto corpore debilitata, solitusque compagibus omni membrorum officio destituta: perdito insuper sensu, contractis emotuua nervis viscera fluitabant. Quæ res viro suo magni doloris et anxietatis stimulus magnæ defectionis et horrois causas ingrebat. Quo infortunio motus virum Dei lacrimosis questibus adiit; vincula quibus gravabatur absolvit; ad pretatis affectum inclinavit, et eductum eīgastulo suæ conjugi medicum salutis adduxit. Adsuīt vir Dei et mox turbas, quæ ad funus mulieris veneiant, jussit amoveri. Hinc precibus ad Dominum p̄missis aquam benedixit, et benedictam super jacentis corpus aspersit. Mirabile dictu! non prius aqua inserviantis membra teligit, quam omni janguore depulso, mulieri perfecta sanitas rediit. Quo facio ab omnibus qui aderant grates Deo corsona voce redduntur, ac merita beati Patris non carcere, sed omni honore dignissima prædicantur. Ne autem gratia evadendi careeris magis quam pietatis amore ductus hoc virtutis signum ab aliquo fecisse putaretur, extra remanere noluit, sed divinitatis lumine fructus quantocius carceralis custodiæ septa revisit. Conjux vero praefecti quæ fuerat sanitatem donata, post paucos dies, spreto sæculo, in servitium Christi sacro est velamine designata.

41. Praefectus autem ex eo tempore servum Domini in magna veneratione habens, regi per nuntios adito dixit: « Per salutem et regnum tuum te adjuro, quatenus sacerdotem Domini Wilfridum a me diutius detinet non facias; quia fateor melius mihi esse moi quam in eo aliquid injuriaum ulterius exercere. Quod si hac adjuratione despacta in tua sententia persistere mavis, me simul cum eo tormenta et mortem magis subire velle cognosce, quam eum in tormentis habere. » Ad haec rex vehementer irritatus jussit sanctum duci in uibem suam Thymber (3) ad praefectum nomine Tydlin, utpote ferociorem, præcipiens illi ut compedibus et vinculis fortiter astrictum arctiori custodiæ manciparet. Qui iussioni contraire non audens, virum suscepit, custodiæ tradit, vincula facit. Verum cum in hoc ut ligaretur ministrorum manus elaborarent, aut rupta ab ipsis corpore eadem vincula dissoluebant, aut certe colligare non valentia diffusa cadebant; et in modo moderamine Christi eo minor in eum ligandi potestas existimat, quo ad ligandum hostilis feritas immanius sseiebat. Unde illi nimium admirati, sed regio terore suaque vecordia in barbaricos motus exagitati, alia et alia vincula parant, constitutuoso, cassu labore funditus consumendi. Enī, tibi ligandi potestate sublata quid furis, manus insana? quid tantopere niteris oppugnare, quem nunquam poto

A ris expugnare? quid toties ad vincendum vincula mutas, et a te vincula quibus ex merito tuæ prævitatis es vincita, non potius mutas? Collo justi lora tua imponi verentur, quod ipsum jugo Christi subjectum esse digna veneratione contuentur. Manicæ tuæ manibus ejus inseri merciunt, qui in sovendis pauperibus eas suis exertas attendunt. Trementes catenæ pedes nexare devitant, propterea quod illos ad pacem prædicandum veloces existisse considerant. Omnes ergo vires tuas frustra dispensis, cum illum, quem nequaquam permitteris, torquere contendis. Beatus autem Wilfridus, licet carceralibus tenebris involutus, quosque tamen adventantium lumine verbū Dei, prout ei licuit, illuminavit, edocuit, ac baptimate ab omni criminum labe mundavit.

42. Haec interim rex, dum suis comitatus ad expletionem suæ voluptatis se quaque deduceret atque in magra hilaritate frena lætitiae laxaret, ecce repente turbantur gaudia casu. Dum etenim regia coniux tumens nimio fastu impietatis raptis audet abuti reliquis, illico vindex ira subit. Siquidem easdem reliquias ferens, cum sicut perdidit alaci mente lascivagariet, contigit ut mox repleta dæmonio, sicuti vulpecula, perditâ mente insana ganniret: quemque sea prius petulantia volens coluit, hunc postmodum in sui corporis habitaculo nolens fovit. Haec propter quibusque in stuporem arrestis accessit mater regis, sumentem incipiebat hujusmodi verbis: « Anne patient, inquit, soror, anne patent veteris commissa piacli? Wilfridum tuis falsis criminationibus a sede sui episcopatus pepulisti, et nunc vice mutata in semet sui pectoris dæmonem recepisti: ut per hoc intelligas quid peccati illo in facto commisisti. Wilfridi sanctorum reliquias de collo non sancte tulisti et ecce ut collum tuum suo dominio dæmon subderet meruisti. Wilfridi sanctissima verba et beati Petri auctoritate suffulta despexisti; et ob hoc dæmonem eorū tuum possidente verborum tuorum jus perdidisti. Wilfridus divinitatis lumine plenus carcerales tenebras per te in eis positus non veletur, et tuus animus dæmonaco furiose repletus per hoc iam nunc dignissima ultione torquetur. » Rex adeiat oppido conturbatus, et ingenti furoris igne succensus ventum naribus quasi sumum emittebat. Quem etiam mater sua tali voce est allocuta: « Jam tandem, fili, jam tandem memor esto tui. Ultio divina tuam quam nimis diligis conjugem, ut cernis, afflit, et fateor, erede mihi, quia bene promeruit tali supplicio satigari. eo quod diabolica indignatione succensa, servum Domini Wilfridum non timuit miris afflictionibus insectari. Quapropter hanc vindictam sibi ingratam ne dubites, obsecro, propter te esse collatam. Quod si hac corrigi sponte contempseris, cave ne tua propria corrigaris invitus. Ego solve viuum a carcere, quem nullius sui criminis causa novimus detineri: et si eum in regno tuo manere volueris, jube illum regno decedere, ne si diutius fuerit tentus,

(3) Willemus satellitem Tumber vocat.

tunc eum primo dimittere velis, cum fueris majori A pœna mulctatus. » Iстis rex ipse admonitus, annuit ut carcerem vir sanctus exiret. Factum est, et e tenbris lux mundo processit. Malens autem se vix Dei Bonum pro malo quam pro malo malum reddere, oravit Dominum, et reginam confessim dæmone fugato sanitati restituit.

43. Hinc patriam cognataque rura deserit, et velut advena terras australes petiturus, eo veniendi iter invadit. Et cum Veritatis præconia nulla queant falsicia violari, famulo Dei primo quærenti regnum Dei, nihil eorum quæ vitæ necessitas exigebat, deesse valebat. Unde contigit ut hunc eunte quidam Byrtwaldus, regia stirpe progenitus, magno cum honore obvius exciperet, et aliquantis per secum detento quæque opus habebat benigne impenderet. At invidia diabolica diu impendi ferre non potuit. Prædictum etenim virum veneno suæ pei versitatis infecit, quoque militem Christi sua munificentia exutum a se suisque omnibus eliminaret effecit. Erat namque frater Ædelfredi regis Merciorum, qui sororem regis (4) Ecsedi habebat in conjugium. Timens igitur ne fratris animum offendaret, si eum quæ fratrem conjungis suæ insensum habebat, secum teneret, non veritus injustitiam, Wilfridum abjecit, non tamen absque contumelia, ut per hoc sciamus eum non immunem fuisse in hoc facto a mente maligna. Nam prius tam a se quam ab Ædelfredo rege suisque uxoribus, neque voluntatis eorum fautoribus multipliciter afflictus, injuriatus, multis quoque terroribus ad violationem fidei suæ atque ad expiobationem catholæ et apostolicæ traditionis pro qua maxime impetebatur incitatus, impulsus, nec prostratus, ad ultimum cum dedecore pulsus est.

44. Omni ergo humano frustratus auxilio, quo tenderet, quo se verteret ad hospitandum ignorabat: hoc solum fiduciae præ se gerens, quod a Deo nequam deseriri posset. Qua fiducia magnifice fidelis, quidquid ei incommoditatis accidebat, summa cordis alacritate perferebat: quoque magis adversitatibus seriebatur, eo amplius in opera Dei toto studio ferebatur. Venit tandem ad curiam regis cujusdam, qui Kentwinus (5) vocabatur: ubi satis humane suscepit et bene, verum brevi habitus est. Nam quemadmodum alias, sic et ibi dæmonis instinctu semineas passus est nas. Siquidem regia uxor soror erat Eimburgis, malorum fere omnium quæ contra viuum Dei siebant auctricis. Haec igitur a sua uxore [i. sorore] in mentis malignitate non minor, Leatum præsulem multis contumelias afflictum a suis omnibus expulit. Quid diaboli furor immanis, quid tantopere adversus famulum Domini saeviendo vagaris? quid ei laqueos tuæ fraudis innectere tentas, et tentando illum variarum calumniarum tempestate fatigas? quid eum ab humani cordis ædificatione flectere mitteris, et ob hoc Christianorum societali conjunctum

(4) Ostdijdam scilicet, quæ in solarium Elwini fratris occisi Ethelredo nupserat, pacem inter maritum et fratrem componens, ex Willermo.

esse non pateris? Ecce cum illum a Christianis depellis, ad paganos liberaliter ibit, velis, nolis: et qui times ne quorumdam Christianorum mentes tuis deceptionibus per ipsius conversationem quoquo modo evacentur, longe quam putas per ista efficis, ut integra provincia penitus tua dominatione privetur.

45. Namque divertit post hæc ad provinciam austrialium Saxonum, quæ adhuc illo tempore pagani adhuc culibus insudibat: ibique verbum fidei prædicabat, et cœdientibus lavacrum salutis ministrabat. Erat autem rex gentis illius, Edilwall nominis, non multo ante baptizatus in provincia Merciorum, et regina nomine Eabe baptizata in sua, hoc est provincia Huiciorum. Itaque beatus Wilfridus, concedente, imo multum giudicente rege, primos provinciæ duces ac milites sacro fonte abluebat; presbyteri vero sui, cæteram plebem. Antehac enim tota illa provincia divini nominis et fidei erat ignata, præter regem atque reginam. Erat tamen ibi monachus quidam de natione Scottorum, nomine Diculus, habens monasterium permodicum in loco qui vocatur Bosanham, silvis mariisque circumdata; et in eo fratres quinque vel sex in humili ac paupere vita Domino famulantes. Sed nullus provincialium vel eorum vitam æmulari, vel prædicationem curabat attendere. Evangelizans autem genu episcopus, non solum eam ab ærumpa perpetuae damnationis, verum et a clade infanda temporalis intentus eripuit. Siquidem tribus annis ante adventum ejus in provincia nulla illis in locis pluvia ceciderat. Quamobrem famæ acerbissima plebem invaserat, ac impia nece prostraverat. Denique fecerunt, quia sæpe quadraginta simul aut quinquaginta homines inedia macerati, ad præcipitum aliquod sive mare procedebant, et junctis misere manibus pariter omnes aut ruina perirent, aut fluctibus absorbendi decidebant. Verum ipso die quo baptismum fidei gens suscepit, ad preces eximi Patris, pluvia serena sed copiosa descendit. Refloruit terra; redit viridantibus arvis annus lætus ac frugifer: siccæ abjecta superstitione, antiqua exsufflata idolatria, cor omnium et cœlo exultaverunt in Deum vivum (Psal. lxxxiii, 5), intelligentes eum qui verus est Deus, et interioribus et exterioribus de bonis gratiæ cœlestis ditasse.

46. Antistes quoque, cum in provinciam venisset tantamque famis pœnam ibi vidisset, docuit eos piscando victum quærere. Nam mare et fluminæ eorum piscibus abundant, sed piscandi peritia genti nulla, nisi ad anguillas tantum mererat. Retibus igitur anguillaribus undequaque collectis et ab hominibus antistitis in mare missis, meritis sui Patris divina sunt laetitate adjuti, ceperuntque diversi generis pisces trecentos. Quibus trifariam divisum centum in opus pauperium dispenderunt, centum eis a quibus retia acceperant contulerunt,

(5) Hunc locum intactum prætermisit Willermus, a Frideraldo expositum.

centum in suos usus retinuerunt. Quo beneficio multum antistes et omnium in sui convertitamorem. et eo praedicante fiducialius cœlestia sperare cœperunt, cuius ministerio terrestria bona ceperunt.

47. Quo tempore rex Hildwallus donavit servo Domini terram octoginta septem familiarum, vocabulo Selesei, quod Latine dicitur Insula vituli marini, ubi suos homines qui exsules vagabantur, recipere posset. Hunc ergo locum cum accepisset episcopus Wilfridus, fundavit isti monasterium, ac regulam vita instituit, maxime tamen ex iis quos secum adduxerat fratibus. Quod monasterium usque hodie successores ejus tenere noscuntur. Attamen sedes cathedralis episcopalnis in Cicesteriam postea mutata est. Inclitus autem Pater Wilfridus illis in partibus annos quinque, hoc est usque ad mortem Ecsidi, mira sanctitate et prudentia præstat, officium episcopatus omnibus valde charus et honorabilis administrabat: ad quem illi rex cum præfata possessione omnes quæ ibidem repente sunt facultates cum agris et hominibus donavit. Omnes fide Christi imbutos unda baptismali lavit: inter quos servos utriusque sexus numero ducentos quinquaginta baptizavit, quos ut baptizando a scuritate diabolica liberavit, sic etiam libertati donando humanæ jugo servitutis absolvit.

48 Post hæc, cum Cedwalla, qui ab exilio meritis et interventionibus beati Wilfridi fuerat revocatus, regno potius esset Gevissorum, Vectam insulam bello capere, ac expulsis indigenis homines suæ provinciae cogitabat eidem insulæ substituere. Fuerat autem eadem insula eatenus idolatriæ dedita. Ubi vero ad certamen ventum est, voto se memoratus princeps, quamvis nondum in Christo regeneratus, astrinxit, quoniam si victor insulam cepisset, quartam ejus partem simul et prædæ Christo Domino daret. Quod ipse victoria usus tamquam solvit, ut hanc beato Wilfrido utendam pro Domino offerret. Et quoniam mensura ejusdem insulæ, juxta estimationem Anglorum, familiarum est mille ducentarum, data est antistiti possessio terræ familiarum trecentarum. At ipse partem quam accepit, commendavit cuidam de clericis suis, cui nomen Berninus, qui erat filius sororis ejus, dans illi presbyterum nomine Hildilam, utrisque præcipiens, quatenus in ipsa insala quibusunque valeant, verbum ac lavacum vitæ ministrarent. Qui ministerio prædicationis assumptio, meritis et intercessionibus beati Patris suaque instantia, Christianæ fidei jugo præfatam insulam subjecerunt.

49. Anno incarnationis Verbi Dei sexcentesimo octagesimo quinto, cum Ecsidus rex Norðamhumbriorum temere exercitum ad vastandam Pictorum provinciam duxisset, hostibus fugam simulantibus, in angustias inaccessorum montium est perductus, atque cum maxima sui exercitus copia, quam secum abduverat, exstinctus. Et quidem juste, qui cum virum vitæ nullo pacto in amicitiam suam vel injuria potestatis sue dignatus est admittere, merito

A debuit, eo despecto, ab eisdem hostibus mori, quos prius eodem sibi familiariter accepto meruit feliciter suæ ditioni subiecere. Ipsa autem hora qua ipse rex gravi bello in Pictorum provincia premebat, servus omnipotentis Dei Wilfridus in Suth Savonia sacris missarum celebrationibus intendebat. Cumque dicto *Suisum corda*, responderetur: *Habemus ad Dominum*, raptus in mentis excessum vidit eodem momento per spiritum Dei Ecclitudum capite cæsum morti procumbere. Quia visione perterritus, majori est per modicum terrore percussus. Nam, cum sequentia missæ prosequeretur, et in presentatione *Per Christum Dominum nostrum* dicebatur ab ipso, aspexit, et ecce duo maligni spiritus animam regis ante ipsius oculos miserabiliter attulerunt, B siue horiendo gemitu suspirantem secum ad inferni claustra tulerunt. Illico Accam presbyterum suum vocavit, et ei cuneta quæ viderat enarravit. Ad quæ presbyter vehementi stupore attonitus, vix illius verbis auditum patienter credere potuit. Justus autem diem et horam regiæ intersectionis notavit, et eam ipsam fuisse post aliquot dies rei gestæ attestatio comprobavit.

50. Fama igitur circumquaque regis obitum denuntiante, veloci relatu ad aures Theodori metropolitanæ sedis antistititis pervenit. Qui dilectum quod olim in famulum Dei commiserat, consentiendo videlicet eum tantis perturbationibus, ut præsumus, injuste affligi; hoc, inquam, delictum humili satisfactione corrigerem volens. misit propter eum, et ad se honorifice perductum taliter est allocutus: « Fili, imo virtutum meritis sanctissime Pater, ego qui ad hoc præ ceteris constitutus eram, ut enim iniustitiae quæ in hoc regno emergere possent, obviarem; propria fragilitate subactus, plurimis tibi contra ius adversantibus, factis, multum peccando consensi. Sed mihi culpam fatenti et intimo corde pœnitentiam agenti pīns, quæso, venæ largitor assiste. Ultima ergo meæ, sicut tu cernis, nunc instant tempora vitæ; ac per hoc quod deprecor annue, et, suppliciter a me postulatus intercede pro me. » Teritus his verbis Jesu Christi Domini servus, respondit: « Et quidem multis me tribulationibus te consentiente afflictum, pastor venerande, D non nescio. Absit tamen, absit ut hoc te quavis malitia inductum fuisse crediderim! Verum, ut auctumo, ea potius intentione id fecisti, quia volebas me per ipsas tribulationes in patientia exerceri; quatenus anxietatibus actus, per iter patientiæ possem perfectionis culmen attingere. Quapropter multo magis tibi pro tua bona intentione grates agere debeo, quam tu apud me inde veniam quære: præsentum cum nunquam veniam rite petatur, nisi unde aliqua offensio contracta esse putatur. Sed quoniam te circumquaque oculatum instat cœlestis animalis esse non nescio, perspicaciter atque subtiliter quæ sunt videnda te considerare perpendo. Ea propter si putas te, Pater dilectissime, aliquid peccati contraxisse in i.s quæ contra me

fieri consensisti, quantum mea mente libens indul- A lenta damnatio ejus! et quam difficile ad subterfu-
geo, et indulgens etiam super te misericordiam ju- giendum ex consuetudine admissum jus possessio-
dici venire supplici devotione deposco. Ex hoc nis ejus! Dum enim viro virtutis quid novi in pacis
firmaissima sanctissimaque inter ipsos venerabiles subversionem objiceret non inveniret, antiquarum .
viros pace fundata, pastorali auctoritate mutuo dissensionum persuasores in pristinos motus excitat,
sese Christo conciliavere, et letitia spirituali ju- et celeriter per eos regem, pace discussa, in iam
cundantes, quae Dei sunt unanima assertione tracta- contra pontificem armat. Nam, verbis delatorum
vere.

51. Præterea Theodorus misit litteras Alfrido, qui in gente Nordanhumbrorum defuncto Ecsrido fungebatur : in quibus sibi rhetorica facundia suasit et persuasit, quatenus beato Wilfrido ex corde amicus fieret, eumque in sede Ecclesiae suæ, de qua injuste depositus fuerat, honorifice reciperet. Ailredo (6) etiam regi Merciorum, neene quibusdam alius super eodem negotio mandavit, quibus ea de re mandare non incongruum judicavit. Qui omnes una cum regibus mandatis pari consensione faventes, multa cordis alacritate nobilissimum Domini famulum sese in propria receptuus remandavere. Quin etiam rex Alfridus nuntiis a latere suo directis, debito venerationis obsequio virum revocare præcepit. Regali ergo invitatione, nec non pontificali præceptione conventus ad suam ecclesiam reddit. O quam felix ille dies omnibus per id locorum communitibus existit, quantumque mentis letitiam cunctis in circuitum populis habitantibus attulit, qui beatum Wilfridum ab exilio revocatum primus videre premeruit ! Quis hujus letitiae formam plene capiat? quis eam cordibus aliorum per suis officium infundat? Grebia monachorum examina obviam Patii procedunt, clericorum agmina cum totius frequentia plebis suo pastori certatim occursare contendunt, et omnes elata voce Dominum benedicentes eum suscipiunt, ac in ecclesiam ducunt. In qua ille roboratus, et a qua post modicum eliminatis quæ censura æquitatis auferri debere monstravit, quidquid terrarium aut redditum juri ecclesiae competebat, brevi recuperavit; nihilominus quoque divinitatis verba subditorum cordibus quotidie per illum insunduntur, et in eis fons aquæ salientis in vitam æternam (Joan. iv, 14) exortari. Christi fides cum donorum opere redhibitione recalescit, opus autem perfidiae et malignitatis ubique frigescit. Quamobrem pax sincera cordium, tranquilla opulentia rerum, alacritas magna in Dei servitum, jucunda delectatio, delectabilis jucunditas processit in Dominum · quæ omnia magnam contra ipsum invidiam diaboli concitaverit. Verum miles Christi jam bene instructus armatus a verbi Dei, jamque plurima expectus tentamenta diaboli, quo in bello excitatior, eo ad deficiendum difficulter erat : moremque fortissimi bellatoris imitatus, non modo se sed et suos commilitones hostem cædendo dextra levaque protegebat. Sicque diabolo impenetrabilis, per quinque annum in sui status dignitate permanxit.

52. Sed, o inexterminabilis invidia diaboli! o vio-

B A lenta damnatio ejus! et quam difficile ad subterfugiendum ex consuetudine admissum jus possessio-
nus ejus! Dum enim viro virtutis quid novi in pacis subversionem objiceret non inveniret, antiquarum . dissensionum persuasores in pristinos motus excitat, et celeriter per eos regem, pace discussa, in iam contra pontificem armat. Nam, verbis delatorum accensus, in varias et multiplices possessiones ejus cœpit subita cupiditate æstuare, et eas juri ecclesiastico, quibus datæ fuerant, non jure auferre. Cui quoniam Wilfridus episcopali auctoritate contraria non timuit, gravi contra se regem iuris iuris in flamnavit. Unde factum est ut rex illum omnibus suis spoliatum a regno suo pellece proponeret. Ad quod peragendum ut archiepiscopum Cantuariensem propositi sui executorem haberet, opposuit illi quod statuta pontificum ipsius sedis non servaret, et præcipue venerabilis Theodori, qui nuperi me vita decesserat. Et quoniam nefas erat illum episcopum Angli regni in auctoritate haberi, qui statutis Cantuariensis episcopi vel leviter contrarie auderet, Wilfridum sese hac de calunnia non omnino excusare valentem in regno suo episcopum esse solebat. Siquidem Wilfridus ea statuta Theodori suscipiebat, eisque debitam obedientiam exhibebat, quæ a canonibus instituta et primis atque postremis archiepiscopatus temporibus sui in pace constituit : verum ea quæ temporibus interrupta pacis, ut fertur, pro libitu, non pro ratione statuerat, nullo pacto suscipere, nec eis assensum præbere volebat. Quapropter quasi inobedientiae et contumacie macula contra sedem totius Brittaniæ matrem in eo reperta, pristina est auctoritate privatus, et apud Buitvaldum archiepiscopum, qui Theodoro successerat, pro negotio accusatus. Abjectus ergo ad fidem amicum suum regem Merciorum nomine Alfredum secessit : a quo gloriose susceptus, sub protectione Dei et illius aliquanto tempore conversatus est.

53. Inter haec rogatu regis Alfridi Buitvaldus archiepiscopus præcepit generale concilium episcoporum totius Brittaniæ congregari in campo qui dicitur Eastfels. Cui concilio ut Wilfridus suam præsentiam exhiberet mandatum est, simulque promissum omnem se justitiam de injuria quam sibi D querebatur illatam receptum, si tamen injuriam sibi factam certa ratione ostendere posset. Quid plura? venit ad synodum, sed nequaquam inventus est sibi promissum. Quidam enim episcopi, regis voluntati faventes, mox in concilio virum Dei falsis calumnias exagitare, et quibus poterant contrariebus perturbare cœperunt. Cumque ea quæ objecserant, nulla veritate subnixa probare valerent; tandem suis objectionibus id adjeceire, illum decretis Cantuariensis archiepiscopi Theodori minime parere. Quibus ille : « Decretis, inquit, venerandi Patris Theodori, quæ in pace et canonica auctoritate promulgavit, conscientia teste devota mente subdi,

(6) Has litteras refert Willelmus non tamen eas quas Theodorus ad Alfridum direxit.

eisque (ut justum est) per omnia obtemperare volo, et secundum ea judicari pro ratione nullatenus abnuo. Attamen, precor, mihi dicatis quidnam sit, quod jam per plurimos annos litteris ab apostolica sede directis inobedientes existitis, et tantopere me accusatis, quod eas institutiones Theodori non recipio, quas ipse non auctoritate canonica, sed dis cordia dictante composuit, ut vos ipsi optime nostis.

54. Ad quae cum verba penitus ratione tarentia turbato murmuere jacularentur, juvenis quidam cuijalis, viro Domini bene familiaris, circumstantium multitudini sese immersit, ac ad illum perveniens ei totius tumultuantis concilii causam aperuit, ut sibi provideret suasit: confessim per viam quam venerat clanculo curiam rediit. Praemonitus igitur et præmunitus relatione fidelis amici, tanto constantius æquitatis sibi defensionem adscivit, quanto et ipsos judices suos scienter contra justitiam agere scivit. Stat igitur inter verborum jacula securus, quoniam suæ libertas conscientiae fuerat ei dextra lævaque impenetrabilis murus. Quod ubi compertum habuerat, quem verbis superiore nequivant, injectis minis ad suum velle detorquere quærebant. Qibus cum responsa dare ad illorum vota minime vellet: « Scito, inquiunt, quod justa damnationis sententia punieris, nisi cito ea quae tibi sunt objecta dato responso deleveris. » At ille: « Ad majus quod mihi a vobis objectum esse intelligo, scilicet me decretis glorioſi Cantuariensis Ecclesiæ præsulis nolle parere, jam respondi; et hoc ipsum, si vultis, iterum iterumque respondeo, quod eius canonicis institutionibus per omnia subjici volo. » Quæ verba fraudulenta mox calliditate ex ore ejus rapuerunt, et hoc ejus dixerunt canonicum institutum esse ut superbi et inobedientes deprimentur, humiles vero et obedientes extollantur. « Tu autem et contra dominos tuos in superbiam es elatus, et nihilominus archiepiscopo tuo inobediens comprobatus. Quapropter æqua ratione judicatum et statutum est ut omnibus tuis spoliatus, elationis et inobedientiae ponas exsolvas. » Quo audito horror et ipsos inimicos ejus invasit, dicentes impium esse, virum quaquaversum nationibus honorabilem sic absque ullo certo crimine omnibus suis spoliari. Unde rex et archiepiscopus, a nonnullis interpellati, monasterium quod ipse beatus Wilfridus in HRipis (ut superius diximus) construxerat, ei cum omnibus quæ ad illud pertinebant concessere, ea conditione proposita, ut illuc quietus sederet, et absque licentia regis septa monasterii non exiret, nec curam episcopalibus officiis ulterius administraret.

55. Hac igitur mutati judicii clementia coram omnibus accurato sermone exposita ad hoc laboratum est, et Wilfrido quasi utile consilium datum, quatenus ipsem pro pia subscriptione se degredari ab officio episcopalib[us] eligeret, quo liber a tumultu saecularium contemplationi vitæ cœlestis intendere posset: præsentim cum ei felicior esset privatim (ut

A dicebant) in Dei servitio solum conversari, quam insudantem ministerio pontificali jurgis hominum quotidie fatigari. Sensit prudentia viri hujusmodi consilium, quali de fonte manavit: et admiratus si audem illorum, tali omnes oratione confutavat. « Virtus, aut, veri consilii quæ numeratur in septem donis Spiritus sancti, nihil in se duplicitatis admittit: ac sic quo simpliciori fonte procedit, eo loco in animo famuli Dei quo suscipiatur, liberius inventit. Vestrum autem consilium, quod simplicitate Spiritus sancti carere quivis intelligere potest, tanto a me longius abjicio, quanto ex his quæ in me præconcessistis unde procedat aptius video. Mendacia nempe quæ contra me malitiose composuistis, non potuerunt ex se procreare donum Spiritus veritatis.

B Quare secundum consilium vestrum proprii censurae judicui me gradu sacerdotali non dejiciam, quia facteur quod, licet indignus, opera tamen pontificatus non mediocriter digna adjutus Domini gratia feci. Hinc est, quod ecce per annos quadragesinta intemperatae fidei veritatem quibus potui prædicavi, et contradicentes invicta ratione devici, devictos ab omni veritatem docendo errore correxi, correctos lumine verbi Dei perlustravi, ac membris Ecclesiæ Christi copulavi. Hæc tamen non ego, sed Deus Ipse per me. Ritu insuper ecclesiastice observationis multis per Angliam locis Scotica traditione depravatum, apostolica fultus auctoritate, correxi. Hæcne alia que perplua, quorum in præsenti reminisci piget, hoc meruerunt, ut quasi legum proditor patruæque delator nusquam tutus esse permittat? Præceptis saltem apostolicae sedis, quæ me jam simili injuria accusatum atque damnatum excusaveat, et absolutum esse constitueat, obtemperetis, si nec pro amore, nec pro timore Dei quietum esse permettere vultis. Sed, ut puto, illa præcepta aut oblii estis, aut certe scita aut cognita proximilo ducitis. Quapropter licet senio sim consecutus, re tamen vera noveritis me Romæ coram apostolica sede probaturum esse calumnias, quas mihi pro regis indignatione imponitis, veras non esse; nec minus vere me prædicaturum esse scitis, quali studio sacerdotale ministerium geratis, qui magis vultis injustitiae hominum favere, quam justitiam Dei tenere. Quod sat is est manifestum, dum me, contra æquum et verum, tanto studio impugnatis, quem veritati et justitiae studere aperta ratione videis; et insuper nihil adversi pro iis, quibus me accusatis, conscientia teste meritum ad hoc tentatis perducere, ut contra jus in me ipsum sententiam damnationis edicam. Sed hac in re noveritis quod vobis nequaquam consentiam, sed fiducialiter appello sedem apostolicam. Verum autem quisquis tecum agere vult, a me hodie invitatus tecum illuc ad judicium pergit. » Talibus verbis rex in iracundiam vehementer accensus, violentia sui exercitus eum opprimere, et ad subendum judicium suum cogere cogitabat, si archiepiscopi consensum in hoc potuisset habere.

C 56 Post hæc concione soluta vir Domini ad regem

Ait enim redit, et totius negotii suam sibi aperte. Qui tante fraude malignitate stupescens, injuriam ei illatam vehementer indoluit. Alfridus quia Wilfridum ad suum velle tractare non potuit, ne tamen in hac parte nihil posse putaretur, dispositus ea quae ipse servis Christi ad victimum paraverat omnino convellere, dissipare, distrahere, et eum ipsum locum habitationis eorum penitus desertum efficeret. At etenim dispositio judicis qui humano fulori cedere nescit, locum famulorum suorum in manibus peccatorum nequaquam esse permisit. Denique Pater Wilfridus priusquam eundi Romam iter arriperet, ad locum venit, fratres ut se per omnia Deo committant admonuit, et ne hominis iram timerent magnopere jussit, dicens, nil penitus eis posse nocere, si Deum protectorem merecentur habere; haberent autem, si eum vere diligenter, eique semper sincero corde servirent. At illi verba sui Patris obediendo suscepserunt, et in Deo contra omnes adversarios Deum protectorem habere meruerunt.

57. Cum autem beatus Wilfridus Romanam venisset, magnifice tam a Joanne apostolice sedis assistite, quam et a populo Romano susceptus est. Adventus autem sui causa cum coram apostolico multisque episcopis ventilari deberet, praesentibus accusitoribus suis locum sese defendendi accepit. Itaque surrexit, causam suam coram omnibus (7) dixit; quod dixit, sic se habere firmae veritatis ratione probavit. Unde communis judicii sententia viri Dei innocentia comprobatur, atque accusantium falsae calumniae reprobantur. Super haec quoque venerandus papa Joannes a cunctis exoratur, quatenus apostolica sanctione, et justitia justi debito honore sublevetur, et iniquitas ei resistantium congrua damnatione prematur. Juvit autem causam illius lectio synodi venerabilis papae Agathonis, quae quondam in sui praesentia (sicut diximus) acta est, cum in consilio episcoporum ipse medius resideret. Nam cum, re exigente, synodus eadem jussu papae legeretur, et coram nobilibus plebisque frequentia diebus aliquot recitaretur, ventum est ad eum locum, ubi scriptum erat: « Wilfridus, Deo amabilis, episcopus Eboracae civitatis apostolicae sedem de sua causa appellans, » et cetera quae supra posuimus. Quod ubi lectum, stupor apprehendit audientes, et silentio lectore cœperunt alterutrum requiri, quis ille Wilfridus episcopus esset. Tum Bonifacius apostolici papæ consiliarius, et alii periplures, qui eum temporibus Agathonis papæ ibi viderant, dicebant ipsum esse episcopum, qui accusatus a suis, atque a sede apostolica judicandus nuper Romani advenit: qui jamdudum, inquit, aequo accusatus hue adveniens, mox auditæ dijudicataque causa et controversia utriusque partis, a beatæ memorie papa Agathone probatus est contra fas esse a suo episcopatu

(7) Epistolam ejus Joanni papæ in sui purgationem oblatam refert Willermus: nec non litteras Joannis papæ in gratiam Wilfridi directas dominis

A repulsus. Unde etiam tanti apud eum habitus est ut ipsum in concilio quod congregarat episcoporum, utpote virum incorruptæ fidei et animi probum, residere præcepere. Quibus auditis, omnes una cum ipso summo pontifice dixerunt, virum tantæ auctoritatis, qui per quadraginta prope annos episcopatu finitus erat, nequaquam damnari debere; sed absolutum ad patriam, utpote immunitum ab omni culpa, cum honore redire. Scriptum est igitur regibus Anglorum Æthelredo et Alfrido, ut si anathemate plenti nollent, illum sui episcopatus sede recipi alsque retractatione facerent, eo quod ipsum injuria depositum esse o mnes ratum haberent.

58. Post hæc famulus Domini magnis sanctorum reliquis locupletatus, et multa multorum veneratione perfunditus et exhilaratus, patriam remeandri viam repetit. Cumque in partes Galharum devemisset, subita infirmitate corripitur. Qua crescente, tanto dolore vexatur ut equo minime vehi valeret, sed ministrorum manibus in grabato portaretur. Sieque delatus in Melduna civitatem Gallæ, quatuor diebus ac noctibus similis mortuo jacebat, halitu solummodo pertenui vitæ se subditus subtractum non esse demonstrans. Cum vero ita sine cibo et potu, sine voce et auditu quadrupedo perseveraret, quinta demum die cum jamjamque moriturus a suis plangeretur, sanctus Michael archangelus a Domino mittitur, per quem sanitati pristinæ restituitur. Cui Pater intendens, ac velut optimie cognito pro posse suo voltus alacritate adgandens, tacitus jacebat, quidnam sibi dicere vellet operiens. Stans itaque angelorum princeps hujusmodi verba viro locutus asseritur: « Wilfride, conquis dignissime, surge, quid jaces? nam licet inter cives cœlorum numeris, tamen propter orationes filiorum tuorum hoc tempore non morieris, præcipue per merita et intercessiones beatæ Mariæ genitricis Dei et perpetuae Virginis. Oravit enim pro te, propterea quod quædam opera sibi placuerint facta per te. Scit nempe quid operis Petro feceris, quidque ipsius fratris Andreae construxeris. Quapropter nunc quidem a morte revocaberis, ac vitæ salutique restitueris, sed paratus esto, quia post quadriennium rediens visitabo te. Patriam vero perveniens, maximam possessionum tuarum, quæ tibi sunt ablatae, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis. » Quibus dictis, visio angelus colloquentis ab ejus conspectu elapsa est. At ille protinus ac si de gravi somno expeigfactus surrexit, sed sit, aperteque oculis circa se choros psallentium silentiumque fratrum aspexit, ac modicum suspirans, ubinam esset Acca presbyter interrogavit. Qui statim vocatus intravit, et videns eum melius habentem ac loqui valentem, flexis genibus cum omnibus qui aderant fratibus Deo gratias egit. Et cum paucum consedissent, ac de supernis judiciis trepidì aliqua confabulationissimis Ethelredo regi Merciorum, et Alfrido regi Deiorum et Beiniciorum.

lari cœp' sent, p̄s̄it pontifex eatores ad horam A mīne cognovit, tanto sollicitus instabat, ut talen-
egredi. Dehinc ad Accam presbyterum conversus,
quæque viderat ordine retulit, tremenda illum adju-
vatione constringens, re dum huic vitæ superesset,
cuiquam homini visione n ipsam ediceret.

59. Convaluit igitur episcopus cunctis gauden-
tibus, cœptoque itinere Brittaniam venit. Epistolis
autem quas a Romanæ sedis antistite accepit in
conventu nobilium lectis, Būtualdus archiepiscopus
et Ælredus quondam rex, tunc autem abbas, eis
libentissime faverunt. Qui videlicet Ælredus accep-
tum ad se Coenredum, quem post se regem fecerat,
horatus est ut servum Domini ex animo semper
oleret, eligeret, soveret et contra omnes adversa-
rios indefessus ei propugnator existaret. Rex annuit.
Alfridus vero rex Nordanhumbrorum, sicut regni,
sic et indignationis fraternalis malens successor esse,
quam jussioni apostolice deposito rancore mentis
assensum præbere, ambagibus quibusdam objectis
mitibatur ostendere, sibi penitus non esse possibile
quod præcipiebatur explere. Verum omnium secre-
ta eisdem scutans sapientia Dei nequitiam ejus
attendit, attendens examinavit, examinans damnava-
vit, ac corpus illius acridolous invectione sic debili-
tavit, ut protinus lecto recuperetur, et omni pene
membrorum officio destitueretur. Qui cum se mori
cognosceret, adhibitis testibus promisit, quod si
Deus vitam sibi concederet, et jussis apostolicis
vellet obedire, et Wilfrido omni tempore inclinatus
existere. Sed ipse quidem sine retractatione a vita
recessit, et Ædulfus quidam ei in regnum successit,
prædecessorem suum crudelitate et cordis obstina-
tione præcedens. Nam sanctus Wilfridus ad ejus
euriam de Rips veniens per nuntios an paci acque-
seret irquisivit. Quibus ipse pro antiqua et insita
sibi nequitia dure respondens: « Per meam, inquit,
calutem juro, quia nisi infra spatia sex dierum meo
regno decesserit, quosunque de suis invenie po-
tē, vita privabo. » Huc propter, facta conjuratione
contra eum, regno quod duobus mensibus tenuit
depulsus est. Post quem regnante Osredo filio Alfridi,
cum synodus esset coacta iuxta fluvium Nid, post
aliquantum utriusque partis conflictum, tandem
cunctis faventibus beatus Wilfridus in sedem suæ
ecclesiæ receptus est (8). Cujus familiari amicitia
rex Osredus magno affectu copulatus, per omnes
imperi sui terras præcepit, quatenus nemo illi in
quolibet negotio contrariebat, sed sicut famulo Dei per
omnia omnes oledirent. Quod factum est. Siquidem
quatuor annis quibus ipse Pater supervixit, nemo
qui sibi contradicere fuit, non quisquam sua dicta
spernere, non sinistre vel leviter audebat interpre-
tari. Omnis enim invidia quaquaversum tum amo-
re, tum timore jacebat oppressa. Ipse Pater quod
sui ministerii curia petebat, circumquaque fideliter
exsequens, quanto n agis diem sue vocationis im-

A mine cognovit, tanto sollicitus instabat, ut talen-
tum sibi creditum Domino suo seniore multiplicato
reportaret.

60. Et cum tempus angelica revelatione promis-
sum instare praesensit, cum ecce gravi corporis
languore invaditur, et fatigatus lecto recipitur. Ve-
neranda fratrum agmina, nec non et plebis cum
suis pinnatis pars maxima in unum confluit,
lectum jacentiis fideliter ambit, fitque pavor gran-
dis, ne forte recedat ab illis. At ille se de labore
ad requiem, de miseria ad beatitudinem, de tristitia
ad parenrem lætitiam migrare perpeniens, tristia
corda eum circumstantium quibus poterat verbis consola-
batur, dicens eos lugere pro se nullo modo deberet,
quem non ludibria, sed summe jucunda post mor-
tem adire certissimum possent habere. Ipsam vero
seriem verborum quæ in eorum consolationem,
simul et in sanctæ vite propositum servandum
exhortando locutus est, quis explicet? Nam quanto
magis immutabilitati veræ consolationis et
eternæ vite appropinquat, tanto plenius ejus
dulcedinem hauriebat, et haustam quorumque assi-
stentium amibus infundebat: et ut ejus sacra insu-
sons vita audiendum corda conciperent, quæ
verbis dicebat, mirabilis signorum efficacia in ipso-
rum oculis sic esse comprebebat. Quæ signorum
efficacia eo magis viuum comitabatur, quo vitæ
hjus transitoria fragilitate decedens, summæ Veri-
tati eternaliter copulabatur. Unde fateor dicere
meum non esse, quot insimi per eum infirmum
sunt ab omni infirmitate sancti, quot dæmoniaci
liberati, quot paralyticæ solidati, quot cæci illum-
inati, quot surdi mutique emulati, quot alii calamita-
tibus afflicti, operante Deo, per eum magnifice re-
creati. His aliisque de causis maxima hominum
multitudo de longinquæ properabat, eique se ac suos
proximos pio studio commendabat: quos ipse
sancto mentis affectu Deo commendans hortabatur
Dei mandata sincera charitate amplecti, eisque per
omnia debetam obedientiam cum reverentia cali-
bere.

61. Instabat igitur tempus et hora, quæ a nullo
mortali potest praeteriri, totaque infirmitas
quæ famuli Dei corpus premebat, vita a subit Ag-
mina diversi ordinis astant, et vota laudis Deo pio
illius obitus exspectatione persolvunt: ac licet ob-
desolationem sui nequaquam lugere non possent,
spe tamen maxima consolantur, quia se spirituali
ejus praesentia nunquam destituendos fore confi-
idunt. Ipse vero Pater circumstantium filiorum numia
charitate tenuiter respirans, defessum caput pauli-
sper erexit, atque in his verbis eos alloqui cœpit:
« Gratia divini amoris ut in vobis jugiter maneat,
fratres dulcissimi, tota virtute operam date. Quam
gratiam ut feliciter mereamini perpetualiter obu-
nere, fratrem amoris officia studiose invicem exer-
principie secundo a rege, ex Monastico Angli-
cano.

(8) Adnitente potissimum Elfleda sorore Alfridi,
abbatis St. Caneshalensi post Hildam: conspirante
etiam vero illustri Berfido, apud Willelmum,

cere studete. Ni quod vos ab istiusmodi officiosa charitate seducat attendatis, ne ab ea quæ in Christo est sinceritate cadatis. Maligni insidiosi quos fidelibus tendit laqueos nostis, quærentis eorum animas deceptoris 'captare' segmentis. Quæ segmenta, sicut a me sæpe audiisti, omni sollicitudine cavete, et prout me facere vidisti, a vobis procul abjecite. Hæc facite, et Deus pacis erit vobiscum. Et nunc, fratres mei dilectissimi, nolite moras inferre migranti. Vos equidem, vos jam olim me ad vitam euntem revocasti; sed modo parcite, quæso. Juvat enim me deposito carnis onere Agnum Dei sequi. Ultra vobis in hac carne non apparebo, donec Christus resuscitet me vobiscum in fine sæculi hujus. O viscera mea, valete. Uigeor, o jam defungar, et, o fratres, vigilate ne vos somnis perpetuae mortis involvat. » Hæc ait, et dumæ quieti membra prostravit. Fratribus autem psalterium ex ordine decantantibus, et jam usque ad versum psalmi centesimi tertii pervenientibus : *Emitte spiritum tuum et creabuntur* (*Psal. ciii, 50*), spiritum suum in manus Creatoris feliciter emisit, et sic Agni Dei convivium perpetuo recreandus adixit. Transit autem (9) anno Incarnationis Dominicæ 709, qui est annus vitæ ejus 75, episcopatus vero 45. Sepultus sane est in monasterio suo, quod ipsem in Ripum a fundamentis instituit, ac Deo in honorem beati Petri apostolorum principis consecravit. Ubi ut se nequaquam vitam perdidisse, sed in melius mutasse mortalibus probet, quæ in hac vita positus fecerat, huic vitæ subtractus miracula, cum res exigit, facere non cessat.

62. Vester illius, prout ante mortem disposuerat, distributæ sunt. Unde interulam ejus sanctissimi corporis sudore madentem cuidam religiosæ abbatisse minister deferendam accepit. Quam mulier quædam paralysi dissoluta, ut tangere merearetur, omnime rogavit. Sed hæc quidem ipsam vestem tangere non meruit, verum aquam, ubi eadem vestis intineta fuit, in potum accepit. illicoque squalida est. Post hæc quidem inimici hominis Dei, propriæ iniquitatis igne succensi, domum in qua ipse huic vitæ modum fecerat, injecto igni succendere conati sunt. At vires defuncti viventem terruit ignem, domum illæsam servavit, hostes fugiavit, taliterque illum veraci er vivere demonstravit.

63. A die vero depositionis ejus jam anno transcurso, convenit undecunque maxima populi multitudine, utpote pia depositionis illius memorie excubias celebratura. Cum ergo turba pernox sua Domino vota persolveret, et paternæ consolationis affectum irrecuperabiliter sese in illo perdidisse defleret, aspiciunt, et ecce lux cœlitus ab Oriente demissa tenui locum famuli Dei muto splendore

(9) *Defunctus est in monasterio suo quod habebat in provincia Undalum sub regimine Cudbaldi abbas, et ministerio fratrum perlatus in primum suum monasterium quod dicitur in-HRipum, positusque in ecclesia S. Petri justa altare, ex Beda. Dies ob-*

A mediavat, omnemque noctis et tenebrarum horrem sua præsentia effugavit. Quod videntes magnifice sunt exhilarati, fixum animo præ se habentes, non multum de corporali Patris absentia esse dolendum, cum de spirituali ejus præsentia quam aperta lucis ostensione sibi adesse didicerant, multo maxime scirent esse gaudendum. Ex hoc itaque vehemens omnium circa beatissimum Patrem Wilfridum veneratio crevit, id quoque certum omnino tenentes, quod sicut ipse sanctissimus pontifex in hac transituua vita temporaliter degens omnibus erat misericordis et affabilis, sic et nunc in illa perenni vita cum Christo aeternaliter vivens, omnibus diligentibus se pius sit et exorabilis.

B 64. Magnitudo itaque signorum quæ ad corpus ejus Dominus de die in diem operabatur, merita ipsius longe lateque declarabat, et insigni fama permotus ad memoriam illius innumeros populos aggregabat. Quapropter locus ipse multo tempore summi honoris est habitus, et quibusque insularibus pressis ad recuperandam sanitatem valde salubris. Dominus quoque hostiles incursus omni ex parte sedaverat, quia devotionem populi sui quam ad venerationem famuli sui habebat, perturbatum ari solebat. Ubi vero pro assiduitate confluentis turbæ quidam vicini tædio affici, ac idecirco a loci visitatione paulatim cohære coeperunt, contigit ut ipsum exemplo alii a servis sui devotione desicerent, nec locum ipsum amplius more solito visitarent. Sicque factum est ut qui prius ad studium piaæ actionis alios studio suo accenderant, postmodum sua desidia a pietatis opere quamplures discedere cogerent.

C 65. Hæc inter accidit ut hostilis incursus ipsam provinciam occuparet, occupans imbi multa hominum milia necaret, ac omnia loca monasterio beati Wilfridi circumiacentia ad instar solitudinis devastaeret. Monasterium ipsum per vasum et duum, quod prius existimat hymnis et canticis gloriosum, modo erat seruum et inimicorum solidibus ignominiosum. Corpus interea ipsius antistitis Christi omni honore privatum, inter ipsas sordes primo sepulturæ suæ loco mansit immotum. Sed omnipotens Deus qui sua pietate et justitia nequit privari, quorumdam bene religiosorum mentes in considerationem tantæ rei excitat, atque ad demuicationem illius effectumque ministrat. Regebat ea tempestate Christianitatem in Anglia vir bonus et sanctus Odo Cantuariensis Ecclesiæ archiepiscopus, utpote totius Britanniae primus, qui eum sua sollicitudine dispositionibus omnium Ecclesiarum invigilabat, ipsas Ecclesias, prout ratio postulabat, visitare solebat. Qua sollicitudine actus, cum quondam tempore Eboracensem provinciam adisset, et

itus viii Kal. Maii ex dictis, et ex Kalendario vetusto Missalis Gemeticensis, a Roberto Londoniæ episcopo concessi ante annos sexcentos. Bacula abbas inter ceteros corpus Wilfridi sindone involuisse fertur in Monastico Anglicano.

ea pio quibus venerat strenue peregrisset, ad Ripe pergit, monasterium beatū Wilfridi consideraturus. Aderat, et horum da solitudine visa lacrymis manat. Quo illis in partibus demorante, si quorum corda (ut dixi) Deus ad demutatorem cœlestis thesauri tetigerat, rati se opportunitatem ad expletionem sue voluntatis accepisse, præmissa supplicatione ad Dominum, quod diu mente tractaverant, opere implere satagebant. Sicque factum est. Nam, si tuto die, aī locum veniunt; terram ubi corpus beati Wilfridi sepultum jacebat aperiunt, omnia ossa reverenter cum pulvere levant et ea venerabili Odoni Cantuariensi archiepiscopo præsentant; quatenus ipse ea Cantuariam secum deferret, et in ecclesia Christi, cui præsidebat, pro voto recondebat. Monasterio et enim ipso quo condita fuerant, secundum quod prædictum est, in solitudinem miserandam redacto, nullus habet locus resederat, in quo locari servari que tuto valerent. Quocum ea arbitriati sunt, nusquam totius aut justius ea servatum iri posse aut debere, quam in ecclesia Cantuariensi, ea videlicet causa, quod et illo tempore Cantia magna pace vigebat, et quia ipse beatus vir olim fraude quorumdam supplantedatus, cum conversari non posset in Ecclesiæ Eboraicensi eidem Ecclesiæ Cantuariensi persacredotale officium curiam impenderet. Justum siquidem illis visum fuit ut illic mortuus in pace quiescere, ubi vivens in pace quievit. Prate hæc quoque affectus sacri amoris, quem ad venerandum Odonem habebant, maxima causa fuit. Nam cum illum talia dona diligere novarent, in hoc se ejus dilectioni morem gerere veraciter intelligebant. Ne tamen locus quem ipse beatus Wilfridus dum in corpore degeneret, præ cæteris amavit, ipsis reliquiis penitus privaretur, aliquantula earum pars est ab eis cum pulvere retenta, atque in loco convenienti reposita. Porro venerabilis Odo tanto munere locupletatus Cantuariam rediit: ubi magna totius civitatis exultatione susceptus, et in aulam Dei sacra cum laude perductus, sanctissimas beati Wilfridi reliquias quas advexerat, in maiori altari, quod in honorem Jesu Christi Domini nostri sacratum erat, collocavit (10). Qua de re posteritati, ne ulla dubietas nasceretur, ipse Pater qui easdem reliquias suscepit, transtulit, ac (ut

(10) Lege hac de re Eadmeri fragmentum apud Gervasium monachum in libro *De combustione et separatione ecclesiæ Dorobernensis*,

A divinis) in altari recondidit; in prologo ipsius operis, quod de vita et conversatione ejus scripsit, haec quæ diximus brevi sententia promulgavit.

66. Nos quoque qui ossa ipsa de præfato loco accepimus, nulla de his dubietate fluctuare permittimur. Nam in ipso loco cum multis annis dilata serventur, et jam ab illo tempore quo illic primo locata sunt, centenarius annorum numerus nonnullis annis superaretur, æquo Dei omnipotentis occultoque iudicio civitas Cantuariorum fere tota igne cremata, atque ecclesia Christi mibi constituta eodem est incendio conflagrata. Cujus conflagrationis anno tertio jucundæ simul et gloriæ memorie Lanfrancus, Cadomensis cœnobii abbas, ipsam Ecclesiam regendam suscepit. Qui, postquam est in ipso patiar-

B chatu primæ metropolis Anglorum nobiliter usque quaque roboratus, quidquid ipsius ecclesiæ vetusti operis resederat, nova omnia constructurus evenerit. Cum ergo prædictum altare subverteretur, reliquæ beati Wilfridi repeatæ ac levatae sunt, atque in scripto collocatae. Verum, cum post aliquot annos statum voluntas in eo consentiret, ut magis fixo loco clauderentur, sepulcrum eis in aquilonari parte altaris factum est, et in eo sunt quarto Idus Octobris reverenter inclusæ.

67. Nos quoque, his ita de ipso Patre quomodo digestis, jam tandem scribendi ordinem concludamus, et Deo ac Domino nostro Jesu Christo gratias de omnibus suis persolventes, finem hunc opusculo imponamus. Verumtamen id in fine adjiciendum putavimus, ut si quis haec legens vel audiens, indignitatem et ingenii mei fatuitatem remota pietate perpenderit, et ea re his quæ de tanto Patre dicta sunt fidem præbere contempserit, noverit quia omnia, quæ de eo uteunque descripsimus, auctoritate venerabilium virorum, Odonis videlicet archiepiscopi et Bedæ presbyteri, roborata probamus, nil in eis ex nostra parte ponentes, nisi quod proprius oculis intuiti sumus. Illud tamen quod dixi de damnatione regis Egfridi (11), fateor nusquam legi: sed tot talesque vii ita se habuisse consummati, ut eis nolle credere magnæ impudentiae esse credidimus. Sit itaque laus et gloriæ actio omnipotenti Deo Patri et Filio et Spiritui sancto dei omnia secula sæculorum. Amen.

(11) Et tamen Beda venerabilem ac piissimum regem Egfridum vocat initio libri primi de historia monasterii sui.